TRACTATUS CRIMINALIS D. IACOBI NOUELLI VTR. IUR. DOCT. VTILIS AC...

Iacobus Novellus

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 K
33
13.6.a.14

TRACTATVS CRIMINALIS D. IACOBI NOVELLI VTR. IVR. DOCT.

Vtilis ac neceſſarius tam iudicibus maleficiorum, quam Cancellarijs terræ firmæ: ac alijs uerſantibus in Palatio.

Cum multis additionibus nouiſſime in lucem datis: & cum ſummariis, ac Repertorio admodum opportuno, ac locupletiſſimo.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Caualcalupum,
M D LXV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

CLARISS. D. VINCENTIO CONTARENO. Q. MAG. D. FRANCISCI,

PATRITIO VENETO, ET SENATORI PRAESTANTISSIMO.

IACOBVS NOVELLVS D. S. P. D.

CVM noſtrum hoc opus cauſarum Criminalium, a me ſummis labo ribus, multisque vigilijs elucubratum conſpicerem; illudque ſæpe, ac ſæpius incredibili voluptate perlegerem; quampluri-mos in eo errores adeſſe: multaque inſuper tam antiqua, quàm noua deeſſe comperi: & ob id rei indignitate commotus, ad hanc rationabilem, atque honeſtam emendationem hæc mihi ſcribendi ratio potiſſimum arridebat: & cum rem iſtam in animo meo diligentius conſiderarem, vrgere cœpi, ac meditari, & ardentiori animo incenſus operis uetuſtate, atque tremulæ manus parumper obliuioſus, de ipſo nouam repercutionem facere conſti-

tibi: & ſub fœliciſſimo nomine tuo in lucem profer re non ſum ueritus: licet diu anceps hæſitarem, cui nam hominum generi opus hoc noſtrum reſtauratum, adauctum, atque laboribus noſtris illuſtratum deuouerem; Hinc enim publicis legum profeſſoribus: proprio quodam iure deberi materiæ ratio exigere uidebatur: hinc vero principi cuipiam virtutibus ornatiſſimo iuſtitiæ, religionisque cultu, atq; geſtarum rerum monumentis Clariſſimo eſſe potius condonandum ea nimirum ratione adducebar, quoniam quæ diuino ſanè numine conſcripta ſacroſancta apud nos habentur, non niſi heroibus, aut diuinarum virtutum præſtantia eminentiſſimis viris ueterum more, qui ſua mercurio opera plerunque dedicabant, & cum ſæpius ipſe mecum animo voluerem, quem ex tot principibus, ducibus, aut ſenatorij ordinis grauiſſimis viris maximis functis magiſtratibus, genere, moribus, virtutibus, atque rebus præclare geſtis; nobiliſſimum mihi patronum, & huiuſce enchiridij vindicem, deligerem; tu ſolus occurriſti Mæcenas Clariſſimæ, cui hæc qualiacunque ſint, citra inuidiam multis de cauſis dedicari poſſe viderentur, cum hoc maxime tempore tibi præclariſſimo tantum debeam; quantum hominem homini debere uix fas eſt, & ſi mei huiuſce inſtituti rationem tuarum laudum, atque virtutum commemorationem ſine adulationis ſuſpitione, atque tuarum aurium offendiculo reddere mihi liceret,

hæc

hæc nulli aptius, uel congruentius, quam tibi viro multarum rerum peritiſsimo, atque omnium legũ vrbis noſtræ eruditiſsimo, potuiſſe, quin debuiſſe potius nuncupari, proculdubio demonſtrarem, neq; te opinari vellem, id a me factum fuiſſe, ut huiuſce rei geſtæ, mihi gloriam, claritatem, aut famam au cuparer, cum in tam perexiguo opuſculo, quicquã laudis vel decoris ineſſe minime poſſet, at qui ad id potiſsimum ſum adductus, vt aſſeſſoribus, aduocatis, legum profeſſoribus, ac amicis omnibus prodeſſe poſsim: qui ad maleficiorum ſubſelia continuo aſsidere ſtudent, atque procurant, exiguum profectò eſt munuſculum, quod tibi libenti & illari animo offerimus, ſolitus imitari ſapientis Artaxerxis Perſarum Regis mores, qui non minus alacri vultu parua munera, quam magna accipere ſolebat, nec mihi certe incognitum eſt, ſenator optime, quam mirifice & legum profeſſores complectaris, foueas, atque extollas, eosque maximis ſtipendijs proſequaris, optime perpendens litterarum ſtudia cunctis hominibus fore ſolidum fundamẽtum, omnium virtutum, atque vnicum præſidium, mitto igitur, & in lucem do hoſce noſtros cauſarum criminalium, ſine adulationis uicio: quos tibi libenti animo dicaui libellos, non vt eos perlegas, cum inepti hominis eſſet, id ad te expoſcere, cum optime ſciam, & intelligam te ſemper occupatiſsimum fore in rebus arduis, atque laborioſis. Quæ

ad ſalutem patriæ, & Reipublicæ V. commodum & ſplendorem pertineant: ſed bene efflagito, vt doctiſsimis iuriſconſultis, qui cum te, & ſemper apud te reſident legendos tradas. non enim vereor illorum ſubire iuditium: quos ego optimos meorum laborum, ac vigiliarum teſtes eſſe confido: quos in primis a te probari cupio, & opto, & ſi meum quinimmo tuum opuſculum hoc tibi pergratum eſſe ſenſero, quicquid deinceps aggrediar, ſub fœliciſsimo nomini tuo iure ac merito dedicare curabitur. Vale, & me vt ſoles ama Contarenæ familiæ Decus & patriæ tuæ perpetuum ornamentum.

INDEX EORVM QVAE IN HOC OPERE

CONTINENTVR.

FORMAE tres inquiſitionum pro homicidio penſato. car. 1.2. & 3
Inditia, ſuſpitiones,& præſumptiones in caſu præmeditati homicidii 13.& 14.
Formæ tres pro homicidio puro 38.39.40
Inditia in caſu puri homicidii 43. vſque 50
Formæ duæ pro homicidio caſuali. 55. & 56
Dubia in materia dicti homicidii 57. & 58
Forma cōſtituendi vulneratos,vel percuſſos in omni caſu tam cum periculo mortis,quam ſine 37.38
Formæ duæ contra fures inquiſitionum 59. 60
Inditia & ſuſpitiones in caſu furti 62
Forma inquiſitionis contra ſodomitas 70
De eorum pęnis in materia tam de iure ciuili,quam canonico 71
Formę duæ pro inſultu vulneribus ac percuſſionibus, inquiſitionum 83
Dubia & quæſtiones in dicto caſu inſultus 86
Forma inquiſitionis contra producentes teſtes falſos 72
Quot teſtes in omni caſu requirantur ad probandum maleficium 72.73
Forma inquiſitionis contra fractores confinium 81
Forma inquiſitionis contra delatores armorum , & pro inſultu ac blaſphemia 90
Alia materia blaſphemiæ tantum. 91
Forma inquiſitionis contra vendentem rem duobus 67
Forma conſpiciendi cadauera mortuorum 40
Forma proclamandi reos 42
Dubia & quæſt.in caſu blaſphemiæ,& eorū pænis 91

Formá conſtituendi uulnerátos de plano. 37 & 38
Forma & Modus proclamandi Reos criminis. 43
Forma accipiēdi conſtitutos de plano à præſentatis, uel retentis. 32, & 37
Forma deſcribendi uulnera cadauerum, quæ appellatur uiſum & repertum. 37
Forma conſtituendi reos ad quæſtionem, ſeu ad locum torturæ. 50 uidelicet 50
Forma relaxetur pro nunc ex carceribus duobus modis. 90, & 91
Quæſtiones & dubia in materia adulterii, inceſtus & Lenocinii. 101
Forma inquiſitionis, contra Monetarios. 104
Quæſtiones & dubia in dicto caſu, & de pœnis eorum. carte. 106
Forma condemnationum contra reos in omni caſu criminali. 59
Regula ſpoliatus de facto, de facto reſtitui debet cum fallent. nume. 50 94 & 95
Forma inquiſitionis in crimine. ll. Matieſtatis. 107
Quæſtiones & dubia in dicto caſu, & de pœnis eorundem. 107
Tractatus de concordia, pace. treugna, & eorum priuilegiis, numero centum, & uiginti. 112

INDITIA

INDITIA SEV PREMEDITATIONES AD HOMICIDIVM.

25 *Acclamatio an faciat inditium. car.* 46
112 *Acommunitur accidentibus.* 35
62 *Aggreſsio nullis dictis.* 24
78 *Alienatio bonorum ante homicidium.* 26
58 *Animus malis ex uerbis an probetur.* 23
14 *Aſſertio fatta per nulneratū in articulo mortis an faciat indicium.* 44
32 *Aſſertio mandatarij.* 47
122 *Aſsiſtentia.* 36
66 *Aſſaſini: quòd proprie dicantur.* 25
88 *Aſſociatio uel Auxilij præſtatio.* 29
90 *Auxilij preſtatio, uel inimico Auxilium prebere an indicuntur.* 29
53 *Armorum delatio in non ſolito.* 22
76 *Armorum genus.* 26
78 *Aſportatio bonorum.* 26

B

81 & 82 *Bona & mala fiſionomia an inditium faciat.* 27
78 *Bonorum apportatio de loco ad locum.* 26

C

91 *Contumatia.* 45

124 *Conuerſatio malorum.* 37
36 *Confeßio ante uel poſt delictum.* 45. & 47
37 *Cohabitans cum inimico.* 47

D

41 *Deploratio in domo occiſi.* 48
21 *Deprehenſus in delicto.* 46
32 *Denunciatio decani.ſeu merici.* 66
100 *Defferre arma nuda.* 30
101 *Ducens uerbis aliquem in loco ſciens ibi eſſe malefactores.* 30

E

53 *Exercitium cum armis.* 22
19 *Expendens multam pecuniam.* 64

F

95 *Fuga tam ante; quam poſt delictum.* 30
60 *Frequentatio uiæ. In loco homicidij commiſſi.* 23 & 46
42 *Fama in loco.* 19
15 *Fur nocturnus.* 64
78 *Fugiens cum gladio euaginato.* 44
17 *Famoſitas delinquentis.* 45
100 *Ferens arma euaginata.* 30

G

8 *Gladium ſanguinolentum habens.* 44

99.57

99.57 *Geminatio uulnerum.* 23 & 30
76.55 *Gænus armorum.* 26

I

3 *Inimicitia.* 43
103 *Incantationes.* 31
61 *Iactatio.* 23
Inquiſitionis materia. 9
Inditia quenam ſunt. 17
108 *Inuentus in loco delicti commiſſi.* 33
87 *Iudex ſi uidet.* 28
12 *Inculpatus a uulnerato in articulo mortis.* 44
20 *Impediens capturam.*
17 *Infamia cum confeſſione extra iuditiali.* 45

L

51 *Locutio ad aures.* 22
52 *Loci obſeruatio.* 22
16 *Litterarum accnptatio, & 105.* 32

M

118 *Mandans ſeu mandatarius.* 36
40 *Mala uita homnis.* 48
81 *Mala phiſionomia.* 27
85 *Mendatium.* 28
61 *Minæ & iactationes.* 23
68 *Modus percutiendi.* 25
71 *Multitudo uulnerum.* 26
85 *Mendatium, & uariatio.* 28
38 *Mortuus in domo.* 47

12 *Mortui ſeu uulnerati depoſitio.* 44
71 *Multitudo uulnerum.* 26

N

81 *Nomen malum.* 27
106 *Non reſpondens interrogationi.* 32
30 *Notorietas delicti.* 15

O

74 *Ordo datus.* 26
52 *Obſeruatio loci precogitationem.* 22. *oſtendit.*

P

111 *Paliditas.* 44
65.54 *Proditio.* 22
24 *Percutere aliquem ad uiam capitis de Retro.* 64
102 *Propinquitas occiſi.* 31
20 *Prohibens ne quis capiatur.* 45
41 *Prope mortuum cum armis.* 48
27 *Prohibere potens ſi non prohibuit.* 46
8 *Pax ſeu tranſactio.* 28
35 *Petitio ueniæ.* 47
72 *Pluralitas uulnerum.* 26

Q

110 *Querelatus alias.* 34

507 Qualitas perſonæ. 33

R

88 Reconciliatio. 28
30 Receptatio malefactorum. 46
98 Rixa. 30
94 Relaxatio ſanguinis occiſi. 30
20 Reſiſtentia ne delinquens capiatur. 46
41 Repertus cum armis prope mortuum. 48
8 Res furtiua reperta penes aliquem. 63

S

94 Sanguis interfetti. 30
24 Sciens & nou prohibens. 46
24 Scala ante feneſtras. 65
18 Socij dictum. 45
63 Socius in itinere. 24
7 Signa. 63
109 Solitus & ſollicitans. 34. & 43
51 Secreta locutio ad aures. 22

T

67 Tempus noctis. 25
59 Tranſitus inſolitus. 23
88 Tranſactio poſt delictum. 29
68 Temporis obſeruatio. 85
74 Tractatus. 26
39. 83

39.83 *Trepidatio.* 27 & 47
24 *Taciturnitas.* 46
8 *Teſtis de uiſu.* 75
36 & 38 *Teſtis minor. 14. uel 20 annis.* 79
46 *Teſtis mulier.* 80
54 *Teſtis deponens ſine iuramento nō probat.* 81
9 *Teſtis infamis.* 76
45 *Teſtes plures ſingulares.* 80
26 *Teſtis examinatus in articulo mortis ſe falſitatem dixiſſe, an ei credendum.* 78
58 *Teſtis domeſticus producentis.* 81
23 *Teſtis laycus an admitatur contra clericum. car.* 77
4 *Teſtis unus an plene probet in criminalibus. car.* 75

V

9 *Viſus admenare gladium.* 44
3 *Viſus tempore notis.* 62
x *Viæ frequentatio.* 63
79 *Vita imputati.* 27 & 48
85 *Varietas.* 28
58 *Verba indicant animum.* 23
111 *Vociferatio mulieris.* 34

FORMA INQVISITIONIS PRO PENSATO.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma, inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur, per Magnificum & Clariſſimum Do. Ioannem Rhainerium digniſſimum Poteſtatem, & Capitaneum Taruiſij: nec non per Spectabilem D. Iacobum de Nouello eius iudicem maleficiorum ex eorum, & cuiusque eorum poteſtate, arbitrio, autoritate, atque bailia contra, & aduerſus.

Sempronium filium Antonii Maraboto mandantem. Accurſium filium Ioannis Theur. mandatarium.	Pub. homicidas, ac Sicarios.

IN EO, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem à maleuolis & ſuſpectis, ſed à ueridicis, & fide dignis perſonis, non tantum ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius, ad aures & notitiam prælibati clariſſimi D. Poteſtatis eiuſque ſpect. Domini iudicis Maleficiorũ ẽt ꝑ modũ Notorii auditu peruenit. quod dũ Sempronius prædictus maximo

proſequeretur odio D. Titium & Gaium fratres ex
cauſa omnibus ſatis nota,decreuiſſetq; ob id uindictã
ſumere,& eos male tractare, quibuſdam perſonis cõ-
municare habuit, che piu preſto ei mangeria ſuoi fi-
gliuoli per brama di pane, che laſciargli queſta uen-
detta,& ſubinde habito colloquio, & tractatu in pluri
bus uicibus,tam in hac ciuitate,quam in uilla Pontia
ni cum Accurſio inquiſito de inueniendo in aliquo lo
co apto præfatum Titium ad huiuſmodi homicidium
committendum,& perpetrãdum, in executione huius
nefandæ,ac deteſtandæ deliberationis. Idem Accur-
ſius uolens ,& cupiens rem ſibi iniunctam executioni
demandare,ſub die.27. Februarii proxime exacti, cir
citer horam dimidiam noctis ſe poſuit in inſidiis re-
tro certum pilaſtrum ex oppoſito domus Iacobi fabri
lignarii ſitæ in contrata Sileti,ut melius præfatum Ti
tium incautum offenderet,obſeruans continuo aduen
tus præfati Titii illac tranſeuntis,qui nil mali ſibi eue
nire cogitans,ſed domum ſuam tendens cum ad locũ
inſidiarum applicuiſſet , idem Accurſius inquiſitus
Deum præ oculis non habens , ſed potius inimicum
humani generis manibus poſitis ad enſem, quam nu-
dam ſubtus cappam tenebat furibunde irruit ad per-
ſonam præfati Titii, & nullis per eum dictis percuſſit
& uulnerauit cæſim in crure ſiniſtro uno magno , ac
profundo uulnere,cum inciſione,carnis, oſſis,ac cor-
darum & eſſuſione ſanguinis,ex quo quidem uulnere
domum delatus , uitam cum morte commutauit,
præſtantes ſibi inuicem & uiciſſim auxilium , conſi-
lium, & fauorem cooperatiuum ad dictum homicidiũ
& nefandiſſimum ſcelus perpetrandum,committentes
prædicta omnia ſcienter,doloſe, proditorie & apenſa-
te contra Deum , ius & iuſtitiam , & in uilipendium
regiminis.

Super quibus omnibus & ſingulis , &c.annexis , conne-
xis, ac emergentibus, & ab eis dependentibus prædi-
ctus

ctus D. Poteſtas & Iudex, & quilibet eorum ſecũdum formam iuris procedere intendunt, & repertos culpabiles punire, & condemnare ſecundum formam iuris, & ſtatutorum communis, Tar. &c.

ALIA PRO PENSATO INQVISITIO.

Hęc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur per Magnificum & Clariſſimum. d. Poteſtatem. & cap. Tar. contra & aduerſus: ſeu per Sp. d. Iac, Nouello Iud. Maleficiorum.

Antonium Pariſoto de Villa Pagnani
Baptiſtã de Cumo de Baſſãno
Hieronymum pullinarium
Sebaſtianũ Fachinetum de Muſolenta
Et alios qui pro nunc tacentur.

De territ. Aſilii: proditores, & publi. homicidas.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente & clamoſa inſinuatione ſic referente, (non quidem a maleuolis & ſuſpectis, ſed potius ab honeſtis, veridicis, & fide dignis perſonis, non ſemel tantum: ſed ſæpe ac ſepius, ad aures, & notitiã prelibati clariſs. Do. poteſtatis & Capi. etiam pro modum notorii auditu peruenit, quòd in die martis. 22. Nouẽb. exacti. 1548. prædicti: omnes inquiſiti publici homicidiarii, aſſaſſini, fures, & inſignes latrones cum pluribus aliis complicibus, & fautoribus loco, & tempore propalandis, Deum prę oculis non habentes, ſed potius inimicum humani generis, parum timentes leges diuinas, & minus humanas, ac decreta Excellẽ. Conſilii. X. facta prius ſecta, tractatu & coadunatione ipſorummet, & aliorum nominandorum, ac dato ordine, & tractatu de interficiendo, & male tractando Hebræos loci Aſilii, ſeſe vnanimes, & concordes, reduxerunt in loco

a filii per ſingulas domos Hebręorum, hoc inter ſe firmato ordine, & deliberationequòd prædicti inquiſiti accederent, & ſe conferrent in apothecis, & domibus eorundem Hebræorum fingentes & ſimulantes ſe velle emere pannos, veſtimenta, ac alias merces, & vno ipſorum inquiſitorum exiſtente ſuper ſtratis publicis dicti loci ex ſibillante, ohe, ohe,& ambas manus pulſante, omnes prædicti inqui ſiti deberent ſine aliqua mora diuiſi per ſingulas earũ domus illico irruere cum manarinis,piſtorienſibus,et baſtonis ad eorum perſonas,eoſque interficere:in exe cutione cuius nefandæ, ac deteſtandæ deliberationis, & rebus ita ſic diſpoſitis,explorantes prædicti inquiſiti,quod omnes ciues,& habitatores dicti loci ſe reduxerant in eorum domus,ad ſumendum prãdium, illico prędicti inquiſiti tanquam canes rabidi,& Hebręorum ſanguine ſitientes,facto,& audito ſigno prędicto exiſtente ſuper ſtrata publica Antonio Pariſoto uno ex dictis inquiſitis dicente,ſu valent'huomini amazza te amazzate, illico omnes irruerunt ad perſonam dictorum Hebræorum,& alios occiderunt, quoſdam vero percuſſerunt,& vulnerauerunt diuerſis percuſſionibus,&c. Et non contenti de prædictis, ſed malum malo,ac facinus facinori addendo, & in ſuis malis operationibus perſeuerando interfectis, & vulneratis illico prædictis Hebræis,aſcenſiſque eorum ſcalis habitationum,prædicti inquiſiti profecti ſunt in eorum thalamos,& fractis capſis ſubtraxerunt pecunias, cingulos ſiricos,& annulos aureos, non modici pretii & valoris,& inde recedentes propter clamorem perſonarum dicti loci,ſeſe in fugam dederunt,& reducentes ſe extra ciuitatem ſe contulerunt in Villa Muſolenti, & prędam,ac bona ipſa inter ſe diuiſerunt,& in vſus proprios conuerterunt, & vt latius in proceſſu continetur. Committentes prædicti inquiſiti dictum homicidium, exceſſum, & rapinam ſcienter doloſe, proditorie,

torie,apenſate, ex propoſito, atque data opera contra Deum,ius,& iuſtitiã, & in vilipẽdium regiminis.&c. Super quibus omnibus & ſingulis, &c.annexis, connexis.Idem.d.Poteſtas & Cap.procedere intendit.

FORMA PRO PENSATO INQVISITIONIS.

Hæc eſt quædam inquiſitio,titulus,ſeu forma inquiſitionis,quæ fit,& fieri intenditur per Magnificum & clariſſimum Domi.Poteſta.& Capit.& Sp.d. Iac. Nouello Iud.Maleficiorum contra & aduerſus.

Titium,
Semproni um,& pub.homicidas.
Accurſium.

IN eo,de eo,& ſuper eo. &c. Quod prædicti inquiſiti cum aliis qui pro nunc tacentur homines nequam, ſcandaloſi, ſeditioſi, ac flagitioſi parum timentes leges diuinas,& minus humanas,ac decreta Illuſt.Cõſilii.X.auſi ſunt diuerſis vicibus, diebus, & locis medio diuerſarum perſonarum,& conſpiratorum diuerſarum villarum territori Aſilii tractare de interficiendis,& de predandis Hebręis loci Aſilii, & de ſuſcitando, & coadunando quamplurimos ruſticos dicti territorii ad tale facinus perpetrandum, promittendo eis auxilium,conſilium & fauorem, & eos verbis incitando, ac exhortando ad facinus perpetrandum, vtendo opera, & miniſterio Antonii Pariſoti, Hieronymi pulinarii, & aliorum complicum ad eorum tractatum, & ordinem exequendum, inuitando etiam illos non ſolum ad dictos Hebræos depredãdum,occidendum, & ſubripiendum eorum pecunias,& bona. Sed etiam ad portandum res ipſas deprædatas in domos ſuas. Quinimmo die martis.22. Nouemb.1548. Quo tem

pore ſequuta fuit deprædatio, & occiſio ipſorum Hebrçorum dum prius cōpoſitis rebus, & firmato tractatu, & ordine Titius vnus ex prædictis inquiſitis iter faceret verſus Monaſterium ſanctæ Catherinç obuiauit Ioanni Baptiſtæ de Cumo cum multis aliis complicibus, qui ex ordine dato ſeſe conferebant ad committendū prædicta, & eis habuit dicere, ſu valent'huomini ſe da ſenno, et nō da beffe, ne vi ſmarrite come feſti l'altra volta. Eos inuitando, animando, ac perſuadendo, & exhortando vt omnino vellent interficere & deprçdari dictos Hebrços; ita quòd eorum perſuaſionibus, ſuggeſtionibus, & promiſſionibus ſequuta fuit ſtrages, & deprædatio ipſorum Hebræorum Aſilii, & poſtea bene conſcii ſcelerum ſuorum illico ſe abſentauerunt à territorio; de quibus omnibus latius in proceſſu ipſo ſatis luculenter apparet. Accurſius vero retentus, licet in aliquibus conſtitutis, tam de plano, quam ad torturam negauerit prçdicta ſic à ſe vt ſupra cōmiſſa, confeſſus tamen fuit de plano ſe per antea intellexiſſe ab Antonio Pariſoto de Pagnano vno ex principalibus huius ſeditionis de ordine, & tractatu interficiendi, & deprædandi Hebrços prædictos, & tamen contra formam partium Excellen. Conſi. X. & in earum executione proclamationum factarum de mandato ſuæ magnificentiç non manifeſtauit, & propalauit, cū tamen per ipſam partem, & proclamata, ſtatutum eſſet, quòd ſcientes, & non manifeſtantes incurrerent in eandem pœnam cum principalibus maleſactoribus, ex quibus ſimul iunctis prçdicti inquiſiti redduntur conſcii, & culpabiles tanti facinoris, & ſeditionis cum aliis quamplurибus. Quæ contra eos tam ex manifeſtationibus, & aſſertionibus, reorum conuictorum, quam ex aliis in proceſſu colligibilibus clare patet, Committentes prædicta ſciēter, doloſe, ſeditioſe, proditorie conſulto, & apenſate, loco, modo, ac temporibus, prout latius in proceſſu conſtat in cōtemptum

manda-

mandatorum Illuſt. Conſilii. X. proclamationum ſuper inde factarum in vilipendium iuſtitiæ, damnum, præiudicium, & ruinam ipſorum hebræorum, & contra formam pacifici, & quieti ſtatus, & malum exemplum aliorum, dãtes ſibi inuicem, & viciſſim auxiliũ, conſilium, & fauorem cohoperatiuum ad prædicta cõmittendum, & perpetrandũ, & vt latius in proceſſu.

Super quibus omnibus & ſingulis annexis, connexis, dependentibus ab eis intendit idem Clariſ. D. Poteſtas cum dicto D. Iudice maleficiorum inquirere, & procedere & repertos culpabiles punire, & condemnare iuxta formam Iur. & ſtatutorum, prout ſibi melius de iure videbitur conuenire. &c.

SVMMARIVM CAVSARVM CRIMINALIVM.

† *Inquiſitio quid ſit remiſſiue.*

1 *Inquiſitionis veridica diffinitio ſecundum cõmuniter Doct. & 2.*

3 *Inquiſitio alia ſolennis. Alia vero præparatoria.*

4 *Inquiſitionum materia, an triplex eſſe dicatur:*

5 *Inquiſitio an ad arbitrium iudicantis fieri debeat.*

6 *Inquiſitio. An ſemper ſit formanda infamia præcedente.*

7 *Si inquiratur ſuper ſtatu ciuitatis. An infamia præcedere debeat.*

8 *Specialis inquiſitio quæ fit contra certam per-*

ſonam, an infamia præcedere debeat.

9 Infamia an debeat eſſe in loco in quo inquiritur.

10 Infamia an poßit eſſe in loco in quo conuerſatur.

11 Iufamia cum confeßione extra iudiciali: an ſit ſufficiens inditium ad torturam.

12 Inquiſitio alia communis alia vero exuberans.

13 Crimina quædam ſunt priuata; quædam vero publica:

14 Quædam ſunt publica ut homicidium, & adulterium & ſimilia:

15 Crimina quędam leuia quędam grauia. Alia vero grauißima.

16 Crimina quædam extraordinaria; quæ pro motu iudicis puniuntur.

17 Pœna vbi non eſt a lege determinata. An iudicis arbitrio ſit remittenda.

18 Ius; vbi in ſpetiali crimine imponit pœnam. An temporalis penna eſſe debeat.

19 Iudex ſi excedit pœnam conſuetudinariam. An dicatur excedere modum in iudicando.

20 Index ſemper debet ſeruare equitatē. In hijs maxime quæ officio ſuo committuntur.

21 Leuia crimina; an illa dicatur in quibus dolus non interuenit.

22 *Crimina grauiſsima. An publica dicantur.*
23 *Indicia quæ & qualia præcedere debeant ad rei carcerationem.*
24 *Iudex habita quali quali informatione poteſt ad capturam rei procedere.*
25 *Reus fugiens per loca deuia, & inſolita. An capi poſsit.*
26 *Fugiens fracto carcere; an habeatur pro confeſſo;*
27 *Fugitiuus quis proprie dicatur ſecundum Doctores.*
28 *Deprehenſus in fragranti crimine; an iuridice puniri poſsit.*
29 *Quotuplex ſit ſpecies notorij:*
30 *Notorium quomodo differat a manifeſto.*
31 *Inter notorium & manifeſtum, an longa ſit differentia.*
32 *Notorium actus permanentis regulariter nõ probatur:*
33 *Notoria extra locum probanda ſunt.*
34 *Notoria quomodo probari poſſunt.*
35 *Inditia quæ & qualia eſſe debent in caſu præmeditati homicidij:*
36 *Inditiorum materia an ſit arbitraria.*
37 *Inditia alia ſunt remota; quædam vero propinqua.*
38 *Inditia omnia per duos teſtes probari debent.*
39 *Quæ & qualia inditia ſint ad torturam ſufficientia,*

ficientia, an certa doctrina dari legitime poſſit.

40 Inditium quolibet an ſit ſufficiens ſignum ad quæſtionem habendam;

41 Teſtis de viſu, an ſit ſufficiens inditium ad torturam.

42 Fama an ſine alio adminiculo ſit ſufficiens ſignum ad quæſtionem habendam.

43 Inditia quæ dicantur generalia, quæ propinqua, & quæ remota.

44 Inditia, qualia eſſe debent ad iudicem informandum.

45 Inditia qualia præcedere debent ad quæſtionem habendam.

46 Inditia quæ conueniant ad condemnationem.

47 Iudex ex præſumptionibus debet multum temperare ſententiam.

48 Præſumptio, an minus ſit quàm inditium.

49 Suſpitio quid ſit;

50 Præſumptionum plures ſunt diuiſiones.

51 Locutio ſecreta ad aures alicuius, quid indicat.

52 Loci obſeruatio præcogitationem oſtendit.

53 Aptare arma, & in armis ſe exercere, an inditium faciat.

54 Proditio eſt ſignum & inditium mali animi.

55 Vulnerans ad viam capitis an habeat inditium contra ſe ad homicidiumperpetrandum.

dum.

56 Percutiens pluries cum baculo: an habeat animum occidendi.

57 Geminatio & reiteratio in vulneribus, an habet quid exceſſus.

58 Animus ex verbis probatur & declaratur.

59 Tranſitus inſolitus, an arguat præmeditationem.

60 Frequentatio viæ in qua delictum committitur: an arguat inditium penſamenti.

61 Minæ & iactationes inſolito illas exequi: an arguat inditium penſamenti.

62 Aggreßio nullis dictis verbis: an indiciat ad præmeditationem delicti.

63 Socius itineris; ſi nulla intercedente rixa percutit conſotium; an dicatur proditorie percutere.

64 Percutio ad uiam capitis nullis dictis, an arguat penſamentum.

65 Proditor an ille proprie dicatur, qui occulte offendit.

66 Aſſaßini qui proprie dicantur.

67 Tempus noctibus, an indiciat ad præcogitata homicidia.

68 Qui male agit odit lucem.

69 Modus percutiendi, an faciat inditium penſamenti.

70 Percutiens ad viam capitis cum ferro, an

habeat

habeat animum occidendi.

71 Multitudo & pluralitas, arguit determinatam voluntatem occidendi.

72 Geminatio vulnerum, arguit percuſorem habere animum homicidium committendi.

73 Actus geminatus declarat enixam voluntatem agentis:

74 Tractatus arguit præmeditationem delinquendi:

75 Plures inculpati de morte alicuius, nec appa ret cuius ictu perierit. An omnes ſint pro clamandi:

76 Armorum genus, an arguit omnimodam præmeditationem.

77 Ex genere armorum præſumitur animus ad delicta committenda.

78 Aſportatio bonorum de loco ad locum, arguit credulitatem ad delicta committenda.

79 Vita mala hominis in ſolito delinquendi: an faciat inditium.

80 Furto commiſſo in aliqua domo: an vicini detineri poßint.

81 Mala fiſionomia, & turpe nomen: an faciat inditium.

82 Bona fiſionomia prodeſt: mala vero nocet.

83 Trepidatio & vox balbutiens, an faciat inditium.

84 Deus cordium eſt ſcrutator:

85 Menda-

85 *Mendatium & variatio; an faciat inditium ad torturam.*

86 *Varietas in teſte. An ſine aliquo torqueri poſſit.*

87 *Iudex an debeat variationes rerum in actis redigi facere.*

88 *Quid ſit variare, contradicere & vacillare, & quomodo inter ſe differant.*

89 *Pax, et tranſactio in delictis: an habeat vim confeßionis;*

90 *Auxilium ſiue aſſociatio in homicidio quomodo quis præſtare dicatur.*

91 *In auxilio; an oportet ponere locum & tempus.*

92 *Mutuans arma in delictis; an dicatur præſtare opem.*

93 *Receptator & aſſotians: an dicatur particeps occulti conſilij.*

94 *Sanguis interfecti perfluens ante oculos occiſorum: an faciat inditium:*

95 *Fuga an ſola & de per ſe faciat inditium.*

96 *Fuga non faciat aliquem culpabilem: antequam contra ipſum inquiratur.*

97 *Contumacia ſeu fuga an ſufficiat ad condemnationem.*

98 *Rixa ſecunda vice facta, parum poſt primã: an indiciat ad penſamentum:*

99 *Geminatio in delicti & animi & propoſiti*

delin-

delinquendi firmitatem indicat.

100 Ferens arma euaginata & nuda ſub capa habet animum ad delicta committenda.

101 Sciens adeſſe in aliquo loco malefactores cum poſſet aliunde tranſire, & non fecit, an torqueri legitime poterit.

102 Propinquitas occiſi an faciat inditium.

103 Incantationes & ſortilegia, an faciant inditium:

104 Inimico auxilium præbere poſt delictum an inditium faciat.

105 Literarum acceptatio & nil dicens an pro inditio habeatur.

106 Non reſpondens interrogationi an habeat inditium contra ſe.

107 Qualitas perſonæ: an pro inditio tradatur.

108 Inuentus in loco commiſsi delicti an habeat inditium contra ſe.

109 Sollicitans vltra modum coram iudice maleficiorum an indicietur.

110 Accuſatus de furto: vel alijs criminibus an habeat inditium contra ſe.

111 Vociferatio mulieris cum clamore a loco criminis an inditium faciat.

112 A communiter accidentibus an ſit validum argumentum.

113 Homicidia tribus modis committuntur.

114 Homi-

114 *Homicida quod fecit ſemper expectet.*
115 *Percuſor non habens animum occidendi. An pœna legis corneliæ puniri debeat.*
116 *Homicidium facto dupliciter committitur.*
117 *Homicidium verbo & lingua committitur dupliciter:*
118 *Mandans & mandatarius, an in homicidijs eadem lege & pœna punitur,*
119 *Inquiſitio ſeu accuſatio de conſilio vel mandato quomodo formanda ſit.*
120 *Perſuadens conſulens vel inſtigator qua pęna puniri debeat.*
121 *Aßiſtens maleficioſe, ſi poteſt prohibere & non prohibuit: an teneatur vt faciens;*
122 *Aßiſtens maleficio: de iure canonico ſemper tenetur obuiare, aliter punitur.*
123 *Aßiſtens maleficio ſi vult conſtare, caſu ibi aduenisse nullo modo puniri debet.*
124 *Mala conuerſatio cum malis hominibus, et in locis inhoneſtis, an faciunt indicium.*
125 *Si committit homicidium minor, an factus maior puniri poßit remißiue.*

CLARISSIMO VIRO D. VINCENTIO CONTARENO PATRICIO VENETO, ET SENAtori præclariſſimo, Iacobus nouellus. d. S. P. Dic.

SVPERIORIBVS annis. Ego Iacobus nouello inter legũ profeſſores minimus Deo auctore, & Duce, qui paruulis dat intellectum & veritatis acumen, Tractatum noſtrum cauſarum Criminalium in lucem dare non heſitaui. In quo ſi quid boni dixi. Vel poſt hac ſcripſero, non mihi, ſed diuinæ bonitati tribuendum cenſeo; ſcio namq; me multa quæ a maioribus noſtris tradita fuere, fideliter retuliſſe, & alias quaſi poſt terga metentium opimas ſpicas exuberãtiſſime collegiſſe, & ob id hoc perexiguum opuſculum renouare ac reſtaurare amicorum exhortationibus nõ dubitaui; ſciens. Illorum votis ſatis placere poſſe ſi illis obtemperans; doctorum ſingularia & locos communes in hac criminali materia aperuerim; quicquid enim hactenus a plerisque in hac materia ſcriptum reperitur id rude ac diminute legitur, at hoc in noſtro opuſculo. Id adeo perficitur vt nullibi pace quorundã perfectius ac frugalius inueniri poſſit: Et ob id illam inquiſitionum materiam antiquam & obſoletam ad veram quandam formam vtilem, breuem, ac recentiorem componere conſtitui, vt ſciant poſteri: quæ diu iacuerant ſtudio laborum noſtrorum vigilarumque diligentia extitata eſſe. Et ad ſingulorum commodum, ac utilitatem ubique præſertim commorantium in lucem prodiſſe. Et poſt has, inditiorum materiam omnium

niũ oculis; ſuis quibuſq; locis ſubiicere cõſtitui. Vt illud non immerito profiteri poſſum,quod à me hoc in opuſculo diſcuſſum reperitur, optimo iure defendi, poſſe,& undecunque perfectum: reperiri: Et ut noſtro huic operi rectam rationis normam accommodemus: hoc te ſcire oportet, quod inquiſitio ſecundũ Bart.& Mode.in l.tranſigere nume.15.C.de tranſact. & in l.ii.§.iii.ff.de adul.& ibi Alex.in apoſt.& Bal.in
1 l.ea quidem,col.v.num.42.C.de accuſat.† eſt modus proſequendi in iudicio,quod inquirenti debetur: hoc eſt quidam modus deducendi in iudicium ius alii cõpetens,nam iudex in illa accuſatione fungitur uice accuſatoris,& illam accuſationem,quę accuſatori competebat ipſe in iudicium deducit & inquiſitio loco libelli ſuccedit,ut Cardi.in clemen. ſæpe.§.i.col.ii. de verborum ſignificatio.Marſil.in §.conſtante,num.32. in pract.crimina.

Inquiſitionis materia tractatur ꝑ Bar.in l.cõgruit. ff.de offic.præſid.& in l.ii.§.ſi publico.ff.de adul. Bal. ꝙ Saly.in l.ea quidem.C.de accuſ.per Roſt.& Hoſt. in tit.de inquiſitio.§.i.Ang.in princi.ſui oper.maleficiorum, & in l.ſi vacantia. C.de bon.va. & cano. in c.qualiter & quando de accuſ.

2 Quid eſt inquiſitio. † Dic ꝙ eſt quodam ius,ſeu alicuius criminis manifeſti ex bono & equo iudicis cõpetentis canonice facta inueſtigatio, vel dic. quòd eſt modus proſequendi in iudicio quod inquirenti debetur, vt per me dictum fuit.

Inquiſitio duplex ſecundũ Bal. alia facti, quę fit ad curiæ informationẽ vt l.cõgruit.ff.de offi prę ſid. quadam vero iuris,quæ fit ad criminis punitione, vt l.ii. §.ſi publico.ff.de adult,quæ quidem inquiſitio appellatur remedium extraordinarium,vt Deci. in rubrica de iud.num.40.& ſuperueniente accuſat.ceſſat inquiſitio,vt ibi,num.43

3 Alii dicunt ꝙ inquiſitio † vna eſt præparatoria ad inueniendum

ueniendum. Altera vero ſolemnis & ordinaria ad pu niendum, vt Sp. in tit. de inquiſitio. §. quando autem. Hoſt. & Moder. in c. qualiter & quando de accuſ. & d. l. congruit.

4 Quidam vero dicũt, ꝙ triplex eſt † inquiſitio alia generalis. Alia ſpecialis quædam vero generaliſſima dico generalis quo ad delicta, ſpecialis vero quo ad perſonas, vt puta quando epiſcopus viſitat aliquod monaſterium, & inquirit ſingulariter contra ſingulos & generaliter contra vniuerſos. An aliqui male fecerint propter quod eorum monaſterium debeat reformari de quo in cap. per inquiſit. de elect. & in c. cum ſuper de confeſſ.

Inquiſitio regulariter eſt prohibita vt deci. in rub. de iudic. num. 67. ſed in quibuſdam caſibus permittitur de quibus inferius ſubiiciam; de iure vero cano. inquiſitio regulariter eſt permiſſa vt Bald. in cap. i. de off. ordina. & Deci. in d. rubri. nume. 68. & 69. tenet quòd ſit remedium ordin. inquiſitio, ſed de iure ciuili dicitur remedium extraordinarium ſecundum deci. in d. rub. & Bal. in c. i. de off. ordina.

Primus itaque caſus eſt, in quo iudex poteſt inquirere ex officio etiam ad commodum priuatum, & hoc vbicunque ſumus contra aliquem vſurarium manifeſtum qui extorſit vſuras ab aliquo debitore. Et propter eius potentiã non audet debitor repetere ab eo vſuras, tunc enim iudex poteſt nemine petente inquirere contra eum & ipſum compellere ad reſtitutionẽ vſurarum de quo in c. in Dioceſi. de vſur. & ibi Io. de Anna. & Abb. in c. tuas in ii. not. eod. tit.

Secundus caſus eſt, in quo iudex regulariter de oĩ crimine inquirere poteſt de iure canonico ſecundum gand. in ſuo opere. C. in tit. quum. de malefic. cognoſcatur per inquiſi. col. ii. gl. not. in c. i. de offic. ord. vbi refert, ꝙ in crimine adulterii conſang. hæreticæ prauitatis ſacrilegii, & ſimoniæ & ſimilia de quibus in gl. i.

Tertius

Tertius caſus eſt, quando venditur Ancila ne proſtituatur ſub hoc pacto, aliter ſit libera, nam ſi emptor non obſeruat pactum iudex poteſt inquirere. Vt eam exhibeat, ad hoc vt ad libertatem perueniat tex. & ibi Bal. in l. muliere. C. ſi manc. ita ven. ne proſtit. pacta enim ſunt obſeruanda, & cuſtodienda omnino; vt l. 1. ff. de pactis.

Quartus caſus eſt, in quo permittitur de iure in omni delicto, quod committitur per conſpirationem quod eſt quando plures coniurant, ſeu conſpirant contra publicam pacem, & ad aliquod malum finem contra ciues, vel rempublicam & contra hos diuerſe pœnæ ſunt ſtatutę ex diuerſis. ll. aliquando ad vnam lib. auri. quandoque exilii, cũ publicatione bonorũ, interdum vltimi ſupplicii, quandoque eſt arbitraria, pro qualitate delicti & euẽtus vt l. aut facta in princi. ff. de pœn.

Quintus caſus eſt, in omni caſu miſerabilium perſonarum, nam in ea poteſt ex officio procedere pro vt ſibi pro iuſtitia videtur etiam ad priuatam vtilitatem quod eſt, quando iudex aſſignat aduocatos miſerabilibus perſonis, prout in l. nequicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconſ. & Bal. in d. l. muliere Bar. & Alex. in l. iiii. §. hoc autem iudicium, col. i. ff. de dam. infect.

Sextus caſus eſt, quando ex actis notorie liquet iudici de aliquo delicto, nam in hiis poteſt iudex inquirere & ſupplere ẽt parte non petente ſecundum Alex. in l. i. C. vt quæ deſ. aduo. iud. & Felin. in c. ex tenore de reſcrip. in fine vlt. col. & gloſſ. in l. filius. §. veterani. ff de procur. tex. in l. ii. fin. C. de temp. appellat.

Septimus caſus eſt, quando epiſcopus habet ſuſpitionẽ de parentela inter coniuges, nã poteſt iudex inquirere de impedimento cuiuſlibet matrimonii ad faciendum ipſos ſeparari vt c. porro in fin. & ibi Abb. de diuor. & c. epiſcopus in ſinod. xxv. q. vi.

Octauus caſus eſt, quando imperator inquirit de iuribus principis l. penul. & fin. C. de bonis vacant. lib. x.

& l.ſi quis intra.C.de bonis proſcrip.Abb. in c.ad noſtram il.ii.col.ii.de iure iuran.& etiam quando iudex inquirit de bonis vacantibus per mortem alterius ſpectantibus ad principem,vt in l.pen.C.de bon.vacant.

Nonus caſus eſt,ꝙ iudex poteſt generaliter inquirere in ea prouincia, vel ciuitate quam gerit, contra omnes delinquentes & criminoſos vt purget illã malis hominibus pro quiete publica,vt l.iii.& l.congruit. ff.de offic.præſid.

Decimus caſus eſt, quando iudex inquirit & prohibet pro ſcandalo euitando, ne ſcandalum committatur in vrbe. Ita Cyn.in l.fin.C.de Monopol. & Bald. in l.mulierem.C.ſi mancip.ita veni, ne proſtit.

Vndecimus caſus eſt, quando iudex ex officio inquirit de omni crimine iniuria, & exceſſu commiſſo contra eccleſiam,vel eccleſiaſticas perſonas, vel in ipſa ecclefia tex. & ibi Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C. de epiſcopis & cler.ac etiam de blaſphemia Dei, & quilibet poteſt accuſare, quia illa eſt vera oftenſa in Deum,vt Bar.in l.i.col.ii.ff.de pub.iudic. & in parte rogati. 1553.& in auct.alearum vſus.C.de religioſ.

Duodecimus caſus eſt, quando iudex inquirit de iuribus eccleſiæ, & de beneficio eccleſiaſtico ex quo poteſt iudex inquirere contra poſſidentem bona eccleſiæ,vel alterius beneficii, ita Inno.in c.ad noſtram il.ii.de iure iuran.Bal.in l.ciuile.C. de furt.& poteſt eos excommunicare, vt c.dilecto de ſenten..excommu.in vi.

Decimustertius caſus eſt, ꝙ iudex poteſt inquirere in crimine adulterii hæreſis, & ſacrilegii vt in gloſſ. not.in cap.i.de offic.ordinar.& Bart.& Bald.in d.l.in hoc genus.C.de epiſcopis & Iaſo.in l.prouinciali.§. fin.ff.de ope.no.nunc.quia iniuria illata clerico dicitur facta Deo Abb.in cap.ii.de for.comp.& c.accuſatio.ii.q.vii.& c.nonnulli.iii.q.i.

Decimusquartus caſus eſt,ꝙ iudex poteſt inquire-

te & procedere contra ſcripturam ſalſam producentē, & ex ſola ſuſpitione illum punire, niſi infamatus docuerit vnde eam habuit Bald.in l. iubemus.C.de probat.& ſcriptura dicitur ſuſpecta, eo ipſo quòd habet aliquam raſuram vt Bald.in l.fin.eo.tit.quia ſola ſuſpicio transfundit onus probandi contrarium in ipſum producentem,ita Luc.de pen.in l.ſi vacantia. C. de bon.vac.col.ii. ver. eſt etiam in eo aliud ſpeciale.

Decimusquintus caſu s eſt,vbi iudex inquirit contra perfidum filium qui impias manus in parentes iniecit,vel ſi ipſos parentes contumeliis affecit, quia tale delictum vindicari ſpectat ad publicam vtilitatē tex.in l.i.§.ſi filius.ff.de obſ.lib.pat. præſt.

Decimusſextus caſus eſt,inquirit iudex contra cuſtodem carceris,qui precio corruptus dimiſit carceratum ſine vinculis vt fugere poſſit vel paſſus fuit intro duci ferrum,aut venenum. Ita ꝙ carceratus impune obiit ſecundum tex.in l.carceri.ff.de cuſt.reo.

Decimusſeptimus caſus inquirit iudex contra lenones, qui nituntur mulieres ad luxuriam,vel peccatum allicere,vnde poteſt iudex illos de ciuitate expellere,& punire, vt in auct.de lenonib.§.ſancimus, & ibi Ang.qui loquitur de illis qui corrumpunt honeſtatem mulierum ſub promiſſione pecuniæ ad committendum adulterium, vt ibi.

Decimusoctauus inquirit iudex contra aduocatos, & procuratores calumnioſos tumultuoſos, & maleverſantes in eorum officio ſi ſunt infames poteſt illis interdicere ne poſtulent procurent ac poteſt illis prohibere omnes actus forenſes vt l.i.§.fin.ff.de offic.pręfecti vrbis,& l.moribus,in princ.ff.de pœn.& l.incip. §.remouet, ff.de poſtu.

Decimusnonus poteſt iudex inquirere,contra non ſoluentes decimas,& poteſt illos compellere ad ſoluendum etiam nemine petente,vt card.in clem.ii.in xxiiii.q.de iudici.

Vigeſimus caſus poteſt iudex inquirere contra ludentes ad ludos prohibitos, & portantes arma & deambulantes per vicos, & plateas, qui ſunt iuuenes ſine arte, vel artificio, & vadunt bene veſtiti, ſine introitu, cõtra quos præſumitur omnē malum Par. de puth. in tract. Sindic. in verbo inquiſitio. col. ii. vbi multa.

Sunt etiam multi alii caſus ad nu. 54. de iure ciuili in quibus poteſt iudex inquiſitionem formare ad ſui libitum, de quibus per Ang. Gand. Parid. de Putheo in ſuis operibus maleficiorum, & per Rob. Marant. in titu. de ordine iudiciorum in par. vi. in rubr. iudicium trifariam, num. 106. verſi. primus igitur caſus fol. 98. quos ad libitum videre poteris, cum libuerit, & faciet tibi honorem maximum.

5 Inquiſitio enim fieri poteſt vbicunque ſuggerit equitas iudicantis, † & cum pars non poteſt. Aut nō vult criminaliter agere poteſt iudex ex officio ſuo illico prouidere, vt l. plane, ff. de pet. hæredit. Bar. not. in l. i. ff. quod vi aut clam. Abb. in c. ad noſtram, col. ii. de iu reiuran. Quæ quidem inquiſitio fit, vel fieri debet per
6 iudicem † infamia precedente a teſtibus veridicis, & non maleuolis ſecundum Abba: in c. qualiter & quando, col. viii. de accuſ. lib. v. & in c. qualiter il primo ibi debitum inquiſitionis ordinem obſeruaſtis, & ſic ordo & forma procedendi per viam inquiſitionis a lege datur, & formatur per Ang. in repet. l. ſi vacantia. C. de bo. vac. col. xii. lib. x. Et inquiſitionum materia triplex eſt, vt prædixi alia generaliſſima vt quādo prælatus vel rector inquirit ſuper ſtatu ſuę prouincię con-
7 tra omnes malefactores. † Vt eam purget malis hominibus, vt in c. Romana de cenſ. lib. vi. & cap. ſicut olim de accuſat. & in omnibus cauſis concernentibus periculum animę, vt Abb. in d. c. ad noſtram, il ii. col. ii. de iureiuran. Bald. in l. mulierem. C. ſi mancip. ita ven. ne proſtit. & in caſu ne ſcandalum committatur, in ciuitate ſecundum Cyn. in l. i. in fin. C. de Mono-

pol.

pol.& alia eſt generalis, vt quando inquiritur ſuper ſtatu ciuitatis, vel alterius loci, & in hiis duobus caſibus, vt ſupra præmiſſis non eſt neceſſe quòd infamia aliqua præcedat vt l. congruit, ff. de off. prçſid. & in c. primo de offic. ordi. & ibi doct. & ſi formatur ex mero iudicis officio tunc tenetur iud. † dare copiam diffamationis parti ſecundum Ange. in l. ſi vacantia, col. xiæ. verſic. iiii. C. de bo. vacan. lib. x. Marſ. ſing. 14. Alex. conſi. clxxix. pen. col. volu. ii Cępol. cõſi. xvii. in fine. Quędam vero eſt particularis ſiue ſpecialis, vt illa quæ formatur, & fit contra certam perſonam, & tunc neceſſe eſt, quòd infamia præcedat vt puta in crimine hereſis falſæ monetę contra portantes arma prohibita. In falſi crimine; ſacrilegii, ac plagii, ſecundum Bar. in l. iiii. §. mandatis. ff. ad l. Iul. pecul. & contra frequentantes tabernas luſores; rixantes, ac portantes arma, contra formam legum, & principum decreta, & in quibuſdam aliis caſibus de quibus plene per Abb. & doct. in cap. qualiter & quando, il ii. de accuſa. Bar. ſing. in l. ii. §. ſi publico, ff. de adult. & in l. iiii. §. hoc autem iudicium, ff. de damn. infect. Innoc. in eod c. ad noſtram il. ii. Bald. in l. i. C. qui admit. Felin. in c. inquiſitionis, col. iii. de accuſ. Mari. in ſuo tract. de ord. iud. par. vi. nu. 128. Et ideo inquiſitionũ materia † ex præmiſſis, alia eſt prçparatoria, alia ſolemnis, præparatoria eſt, quando iudex ex ſuo puro & mero officio nulla denunciatione ſibi facta & nulla infamia præcedente inquirit contra aliquem quem habet pro ſuſpecto, & licet regulariter ad inquiſitionem non procedatur niſi prçcedente infamia ſunt tamen quidam caſus, quos enumerat Spec. in tit. de inquiſitio. §. ii. in princ. in quibus poteſt procedi, item poteſt formari inquiſitio maleficio flagrante, quòd licet notorie ſit commiſſum, ignoratur tamen quis commiſerit, nam tunc nullo vocato poteſt iudex contra incertam perſonam inquirere in genere valet quis fuerit committens

8 (margin, beside "ro iudicis officio tunc tenetur iud. † dare copiam")
9 (margin, beside "iud. par. vi. nu. 128. Et ideo inquiſitionũ materia † ex")

tens,& tali inquiſitione formatá poteſt iudex contra illos procedere contra quos laborat ſuſpicio, vt ſuper interrogandis veritatem dicant, & econtra hos tales legitima reſeruatur defenſio, vt Spec. de not. crimine. §.i. in fine: Alia vero eſt ſolemnis, & circa quam eſt diſtinguendum, quia alia formatur per ordinarium iudicem, alia vero per extraordinarium, quæ fit a delegato, & inter has magna eſt differentia, quia ordinarius poteſt inquirere contra ſubditum, licet non infamatũ dummodo ſit ſibi ſuſpectus, ſed in ex ordinario ſecus, quia delegatus nõ poteſt niſi cõtra diffamatum, vt in
10 cap. cũ oporteat, de accuſ. Et talis infamia debet † eſſe in loco in quo inquiritur, & non alibi ſecúndum Abba. in cap. cum oporteat in fine de accuſat. Bald. in l. ea quidem, colum. pen. vero item quæritur. C. de accuſat. vel inquiſitio famę fieri debet in loco vbi quis conuerſatur, quoniam is talis habetur qualis in ciuitate ſua eſtimatur ſecundum Decium, in cap. poſtquam
11 num. 24. de elect. & infamia cum confeſſione † extraiudiciali eſt, ſecundum communiter Docto. ſufficiens inditium ad torturam ſecundum Decium in cap. at ſi clerici, num. 126. de iudic. ſed infamia facti, quæ laborat contra aliquem non ex toto repellit teſtem ad teſtificandum in eam, ſed ſi minus creditur ſecundum gloſſ. not. in l. iii. §. duæ vero eãdem. ff. de carbo. edict. & ob id teſtis ſolus non facit inditium ad torturam, ſed bene concurrente præſumptione vel confeſſione extraiudiciali ſecundum doct. & præſertim d. Guido. de Suzza. in tract. de indict. & tortura, nu. 91. & in-
12 quiſitionum materia alia eſt † cõmunis, & alia exuberans, ſecundum Bald. ſing. in cap. i. verſic. ſi reis, de pace tenen. in vſib. feud. ſed quia inquiſitio communi-
13 ter ſuper criminibus & † crimina quædam ſunt priuata, vt actio furti, iniuriarum, ui bonorum raptorum, & abigeatus, & ſimilia, & ad horum accuſationẽ nullus admittitur, niſi cuius intereſt, vt per totum titulũ.

ff. de

14 ff.de priuā,delict.Quædam uero ſunt publica,ut homicidium,adulterium,crimen leſæ Maieſtatis,& ſimilia,& ad horum accuſationem admittitur quilibet de populo,fauore publice vtilitatis,& crimen dicitur publicum tripiiciter ſecundū Bald.in §.cōſequens Inſt. de ſuſp.tut. & ibi Ang.

Et non omnia iudicia in quibus crimen vertitur publica ſunt,ſed ea tantum quæ ex legibus iudiciorū publicorum veniūt, vt Iulia Maieſtatis:Iulia de adulteriis Cornelia de ſiccariis & veneficiis: Pompeia,de paricidiis Iulia peculatus. Ambitus,& repetundarum, & publicum dicitur tribus modis vno modo largiſſime,vt omne iuditium quod fit ad vindictam, ſiue ad vtilitatem publicam,dicitur ac publicum reputatur,vt l.interdictum,ff.de publi.iudi. alio vero modo dicitur large,quando quilibet de populo poteſt accuſare,tertio namq; modo dicitur ſtricte publicum iuditium,vt in toto titulo,ff.de publicis iudiciis. Et publicorum iudiciorum quędam ſunt capitalia,quædam non capitalia,ut l.ſecunda.ff.de publi.iudic.& horum delictorum multa ſunt genera, ut ponit Bart.in l.leuia.ff.de accuſa.Bald.conſi.ccccxii. in iiii.volu.per totum.

15 †Quędam ſunt leuia,quędam grauia,quædam grauiora,& quædam grauiſſima,& horum quædam ſunt ordinaria,quibus lex ſtatuit certam pœnam, ut in crimine adulterii,& aliis de quibus in l.i.ff.de pub.iud.

16 †Quędam extraordinaria,quę pro motu iudicis puniuntur,vt in crimine furti,iniuriarū, & ſtellionatus, & in hiis,& aliis.

17 †Vbi pœna non eſt determinata, & certa committitur arbitrio iudicantis,vt l.hodie,ff.de pœnis Bart.in l.i.§.i ff.de efract.& expilat.in princip.Iaſon.in l.nō dubium,ff.de legib.nume.6.& in l.iubere, nu.17.ff.de iur.omn.iudic.Abb.in c.in litteris de conſti.vbi ſing. quęrit ſi penna eſt apponenda arbitrio iudicantis quæritur an debeat eſſe temporalis uel capitalis uel per-

18 petua Abb.in d.c.ex litteris,colum.vlt.dicitur †quòd
vbi ius in ſpeciali crimine imponit pœnam arbitrio iu
dicis,tunc temporalis eſſe debet,quia ius ſciuiſſet imponere pœnam perpetuam,ſed vbi ius ſpecifice non diſponit de crimine pœna debet eſſe perpetua, ſecundũ qualitatem & quãtitatem criminis, quia iudex debet arbitrium ſuum informare ſecundum penas ſtatutas in ſimilibus criminibus,vt in c.tuæ de penn.Ego vero aliter dicerem,ſaluo ſemper ſaniori iudicio , quòd aut ſuper crimine iura imponunt certam ac determinatã pœnam,& tunc iudex non debet excedere pœnam.ll. niſi pro modo & qualitate delicti . Aut ſuper illo delicto ius aliter non diſponit,tunc pœna cõſuetudinaria apponi debet.Et ſi iudex excedit conſuetudinem
19 tunc iudex dicitur †excedere modum,ſecundum tex. iuncta gloſſ.in l.hodie.ff.de penn.& in l.quid ergo.§. peuna grauior.ff,de hiis qui not.infam. conſuetudine vero ceſſante venit poſtmodum iudicis arbitriũ Abb. in cap.licet in ii.col.de penn c.de cauſis de offic.deleg. l.i §.prætor.ff.de iure deliberand.& Abb.in cap.ii.de delict.puer.Bart.in l. fina.C.de priuat. deli. gramm. conſi.xxxix.num.8.& 9.Alex.conſi.cxi.in primo volumi.& idem Alex.in conſi.lxv.volu.ii. & Io. Andr. in cap.i.de conſt. vbi concludit quòd in hiis quæ ſunt commiſſa arbitrio iudicantis debet ſpecifice iudex ſer
20 uare ſemper †equitatem Marſi.in l.i.§.diuus, nu.29. ff.de ſicca.& in l.diuus Adrianus,col.ii.ff.ad l.Pompo. de paricid.Cæpola in l.ſi fugitiui, nu.30.C.de ſeruis fugi.cum multis infinitis.

21 †Leuia crimina illa dicũtur ĩ quibus nõ interuenit dolus,vt dãnum iniuria datum ſm Bar.in d.l.leuia, quod quidem leue crimen iudicatur ex quantitate pœnæ , & paruitate cauſæ , vt Paris de Puteo in tracta.ſindica. verſic.iudex,num.28.fol.73. Bald.ſing. conſi.ccccxii. num.1.iiii.vol.idem Bald.in l.ii.C.de lib.& eorum liber.Carre.in l.2. C.quomodo appe.non recip.nume.
104.fol.

164.fol.100.Grauia dicuntur,vt priuata crimina,quę dolum requirunt, & magnum afferunt præiudicium, vt l.reſpiciendum.§.furta,ff.de pœnis l.auxilium,§.in delictis,ff.de minor.Bald.in d.conſil.ccccxii.& conſi. ccclxxxviii.iiii.volu.Flor.in l.liber.homo, num.7.ff.
22 ad l.aquil.† Grauiſſima vero illa appellantur crimina publica pro quibus imponitur pœna mortis, ut late Flor.poſt Bart.in d l.liber homo,num.7.ff. ad leg. aquil.& in l.læuia,ff.de accuſ.& ibi Bar.Ang.Inſt.de pub.iud.col.ii.in princi. & quia in utraque ſpecie eorundem,crimina ipſa non debent remanere impunita.vt l.ita vulneratus,§.ſi quis abſurde,ff.ad l.aquil.l. ſi longius,§.i.ff.de iudi.& l.per oẽs C.de deſen.ciuit. ſed vndecunque clareſcant punienda ſunt cap.in eccleſia.xxiii.q.iii.

Inditia quæ præcedere debent.

crimen confiteri, ex quo lege permittente tranſegit, & iſto caſu cum tranſactio ſit conceſſa a iure, tunc non oritur aliquod inditium ſufficiens, aut trãſactio eſt facta in caſu in quo non ingeritur pœna ſanguinis, uel quòd a iure non conceditur, ut in crimine adulterii, & tunc facit inditium, & illa tranſactio habet uim tacite confeſſionis, & hoc dicit tex. in.l.quæ ſupra.ff.de his qui not.inſa. & uide Iaſ. in d.l.tranſigere vbi dat, & aſſignat multas cautelas ꝑ quas tranſigens non dicitur crimen fateri. Marſi.in §.diligenter,nume.78.in ſua practi. Blan. in. l. fin. nume. 306.ff.de quæſtion. Brun. in tracta. de indi. colum. 11.

89 Pax, ſeu tranſactio. † An faciat inditium; quando maxime per offenſum producitur inſtrumentum pacis, uel tranſactionis, doct.omnes.in.l.tranſigere.C. de tranſact. diſtinguit, aut in pace interuenit pecunia, & tunc facit inditium, aut gratis nullo dato uel recepto, & non facit inditium, & hanc diſtinctionẽ approbauit Tancre.de cor.in ſua compend.prout refert Mar.in.§.diligenter.nume.178. & 179. in ſua pract.cri. & aſſignat cautellam approbatam per Alexan.in.d.l.tranſigere. quòd in inſtrumento pacis dicatur, quòd hoc facit ut euitẽt expenſas litis, & non quòd crimen commiſerit, uel quòd in inſtrumento dicatur, quòd per pactum remittit omnem iniuriã, quam conſtaret ſe intuliſſe, quacunque de cauſa inſcrip. uel quòd notarius dicat quòd tales fecerunt pacem, concordiam, & tranſactionem de omnibus offenſis, & iniuriis hinc inde datis, illatis, uel factis, remittentes ſibi inuicem, & uiciſſim omnem iniuriã, uel offenſam, & in hoc ita reſidet Franc.Brun.in tracta.de indit.num.27.quæro quid de confeſſione tacita.Bal.in.l.quoniam.nu.3.de hiis. quæ not. inſa. & in.l.furti.§.pactus.ff.eo.ti.Archid.c. in omnibus. ii.q.4.& idem Bal.in.c.i.§.iniuria.colu. ii. de pace.

iur.

iure firm.in uer. quæro ſi partiales. & ſing. Decius in l pactum curat.C.de pact. nume.7.ubi ult.dicit, quòd tutor, uel curator non poteſt facere pacem de morte patris puppilli: immo debet tutor honorem puppilli tueri ac deffendere, quia iniuria illata non poteſt ſine rubore remitti,ut not.Ang.in conſi. 247.col. fin.alleg.tex.in.l.miles.§.ſocer.ff.de adult. & ſi fortaſſe produceretur inſtrumentum pacis: uel tranſactionis..Tunc iudex diſcretus mitigare debet pœnam ſtatuti,uel arbitrariam, ob pacem ſequutã, prout dum fui aſſeſſor.ex ea cauſa pœnam mitigaui, prout etiam ex cauſa iuſta: pęnam augetur, ut multis craſſantibus locus ſit exemplo, ut Barto.in.l,aut facta.§.fin.de pę.inſtit.de iure nat.gent.& ciu.§.ſed quòd principi. Ibi nam quòd ob meritum indulſit, & ibi Ang. Aret.

90 † Auxilium ſiue aſſociatio præſtitũ,ſeu præſtita interuenit,aut ante maleficium,aut in ipſo homicidio aut poſt maleficium, & homicidium,primo caſu dicitur opem auxilium & fauorem præſtare homicidio ſi quis præſtiterit feramenta ad domum aperiẽdam,uel ſcalam ut aſcendat per feneſtras, uel vt ibi aſcendat,uel ut homicidium cõmittat,uel ſcienter arma accommodet.de qua ſcientia legitime conſtare debet de homicidio,uel maleficio committendo, de quibus per Bar.in.l.qui domum.ff.de adul. Alex. in.l.furti.ff.de furtis.Bar.& Bal. in.l.quicunque.C. de ſer.fug.Bart.in.l.oẽs.C.de agri.& cen.lib.x.Fel. in c.ſicut dignum,de homici. & ideo in inquiſitione ſemper dici debet aſſiſtendo, dicto maleficio, ut habilius committeretur,ut per Bart.in.l.qui ſeruo. §.fi.ff.de fur.& in.l.is qui opem, nu.5.ff.eo.tit.Bal. conſil.41.nu.5. in.5.uolu.Alex.& Barto.in.l.fin.in 10. addit. ff.de ſicca.Cœp. in conſil.27.per totum.

91 † In hoc auxilio præſtito oportet ponere locum, & tempus delicti commiſſi, ut per Bar.in.l.furti.§.

ope.

ope. ff. de fur. Marſi. in. l. fin. ff. ad. l. Corn. de ſicca. n. 29. 30. &, 31. & idem Marſ. in. l. ſed ſciente, nu. 2. ff. ad. l. Corne. de ſicc. ubi dicit, quod mutuans pecuniam ad emendum arma pro maleficio committendó tenetur de auxilio.

92 † Aut præſtatur auxiliũ in ipſo maleficio, & tunc eſt diſtinguendum, aut auxilium eſt immediatum, & cohoperatiuum, aut mediatum, & non cohoperatiuum, quod dic ut per text. in: l. item mela. §. ſi alius tenuit. ff. ad. l. aquiliam. & ibi Flo. Are. & Bonif. in rub. de inſultu & percuſſione in tracta. maleficio. num. 38. & late per Cœp. in conſil. 34. nume. 20. in ſecundo dubio. Bart. in. l. 1. §. 1. ff. de ui & ui ar. cum infinitis. Marſi. in ſing. ſuis. nu. 15. fol. 3. in cip. ſtatuta communiter, quid ſi ſtetit armatus cum aliquo occiſore, & tamen nil fecit uirium ex illa reſiſtentia. An debeat puniri, tanquam pręſtans opem dicendum eſt quod ſic, ſecundum Innocen. in. c. fi. de cler. percuſ. Abb. in. c, ſicut dignum de homi. Deci. no. in. c. quia quæſitum. nu. 63. de off. delegat. Roma. conſi. 17. & in. l. 1. §. eo. ff. ad ſilla. Bald. in. l. 1. C. de ſer. fug. Mars. conſi. 24. col. 4.

Poſt maleficium, & homicidium dicitur auxilium, præſtare, quando poſt delictum commiſſum ſtatim aliquis recipit in domo malefactorem, ut Bald. in. leg. non ideo minus. C. qui accuſa. poſſ. Fel. in capit. 3. de offic. deleg. & in. capitul. ſicut dignum. de homi. uel quando aliquis impediret capturam per familiam poteſtatis inſequentem malefactorem & homicidam, ut per Gand. in rubri. de homicid. col. 3. Barto. in. leg. furti. §. oper. de furt. uel quando, quis aſſociaret malefactorem in eccleſia extra territorium, uel in aliquo loco tuto, ut late per Cœp. conſil. 1. Albe. in tractat. ſtat. 34. quæſtion. 4. Sal. in. leg. prima. in col. 4. & . 5. de recep. late Cœpol. in conſil. 20. numer. 9. Car. latiſs. in ſua prac. nu. 29. uſque 34.

Nam

93 † Nam receptator & aſſocians dicitur particeps occulti conſilii Salice. in leg. unica. C. de rapt. uirg. Mars. ibi nu. 104. Bal. conſi. 211. nu. 1. 4. uolu. & in conſil. 235. nu. 1. in. 3. uol. cum aliis doct. quod intellige ſecundum conſil. Gramma. 37. nu. 23. & in uoto. 15. nu. 2. & doc. in. l. fin. C. de his qui latron. & l. 1. ff. de recept.

94 † Sanguis interfecti profluens ante oculos occiſorum, an faciat inditium, dic quod ſic concurrente fama cũ aliquo alio adminiculo; licet aliqui dicant, ꝙ eſt miraculũ in natura, ut dicit Blan. in. l. fi. nu. 402. ff. de quæſ. quod et ego uidi in quodã cadauere dũ eſſem iudex maleficiorũ Tarui. & pro inditio tradit per Hip. in. §. diligẽter. n. 181. fol. 21. in trac. mal. & Car. ĩ ſuo tra. n. 141. fol. 34. & qa ĩ dies iſta poſsũt occurrere ut alias occurſa et ſunt ideo nota, & tene menti.

95 † Fuga arrepta poſt imputationem, an faciat inditium, uide latiſſime per Blan. in. l. fin ff. de qõ. & diſtingue, ut ibi per eum poſt Marſi. in ſing. ſuis. 119. incip. fuga. &. 197. inci. ſæpiſſime & latiſſime per d. Iaſ. in. l. admonendi, col. 67. in fin. de iure iur. Lud. Ro. in. l. lege corne. ff. ad ſill. &. d. Philip. Decim. in conſil. 234. incip. in effectu in. 1. col. poſt Cœpol. in conſil. 29. nu. 8. ubi dicitur.

96 † Fuga non facit aliquem culpabilem antequam cõtra ipsũ inquiratur per ea, quæ dicit Saly. in. l. 1. C. de rap. uirg. & ibi Marſi. Bal. cõſi. 515. 5. uo. nu. 5. Alb. in tra. ſtat. 4. parte. q. 54. ubi dicit qđ fugiẽs fracto carcere habet ꝓ cõfeſſo ĩ illis criminibus ꝓ qbus erat in carcere, ibi numero. 2. Grãm. uoto. 37. nu. 1.

97 † Et nunquid fuga, ſeu contumacia ſufficiat ad condemnationem criminis pro quo inquiritur, ſeu proceditur, uide ibi. d. Philipp. Cor. in conſil. 58. 2. uolu. lit. O. in fin. ubi tenet quod fuga non facit plenam probationem ad condemnationem, & in conſi. 198. nu. d. quod equidẽ ꝑ cõparationẽ poſtea

factam

ſactam purgantur inditia prouenientia ex ipſa fuga,ut cor. conſ.58.in lit.q.uol.2.Par.de puth.in tracta.ſindi. in uer.& in inditi.num.ii.in fin.vbi dicit,
98 †quòd fuga reddit ſuſpectum ſugientem& no. ꝙ rixa ſecũda uice facta parum poſt primam inditiat ad penſamentum,nam ex geminatione ita breui tempore facta facit præſumi,quod inter ſe conuenerint pro maleficio,& delicto committendo,ut Fel.in c.ſi cautio extra de fide inſtr.

99 †Geminatio arguit magnam,& animi, & propoſiti firmitatem delinquendi,vt Ludo.Roma.in conſi. 352. in.2. col. Marſ.eleganter in.l.1.§. qõ.ff.de qõ. per totum. Nam geminatio arguit uoluntatem enixam,ut dixit tex.in.l.2.§.furioſus,ibi per omnia, & in omnibus.ff.de iure codi. Quem tex.ibi alleg.pro ſingul.Ange.in.l.in negociis.ff.de re.iur.Hip.in ſin. ſuis.378.Gramma.uoto 17.nu.8.

100 † Ferens arma euaginata ſub capa habet præſumptionem contra ſe quod habeat animum ad occidendum,& maleficium perpetrandum, ut elegan.Cœp. in conſi.28.col.2.uer.2.quia nu.9.Nam deferens arma euaginata habet animum maleuolum, & procliuum ad malum, ut Blan.in.l.fi. nu.79, & nu. 82.ff. de qõ . dicens quod armans ſe ſemper præſumit de rixa, & bello cogitare,ut Flo.in l.ſcientia.§. qui cũ aliter.nu.3.ff.ad.l.aquil.Cæp.conſi.2. nu. 6.in ciui. Gramm.uoto.24.nu.6.Ang.§.ex maleficiis.nu.12. inſtitu. de actionibus . Barto.in.l. ſi quis ex domo. ff.de furt.

101 † Item traditur pro inditio , ſi quis ſciens in aliquo loco,uel in aliqua uilla,aut ciuitate adeſſe malefactores,vel disrobatores,aut ſiccarii, & cum poſſet aliunde; quàm per eum locum is talis mercatorem cõducere,ſed ſtudioſe & doloſe per eum locum tranſitare fecerit, quo fit ut ille talis a ſiccariis interfectus fuerit, & bona & pecunia ſibi ſubretta fuerit,

tunc

tunc iſte talis ad torturam ſecure poni poterit, & torqueri; ſecundum Gandi.in ſuo tracta. de indiciis dubitatis.x.inditio.nu. 25. ratio quia uidetur comparticeps criminis commiſſi, & præbuiſſe cauſam mortis; quo fit ut eadem. l. & pœna puniri poterit iudex: ita Bonif.in tit.de indic.nu.8.qui allegat tex. in.l.3.§.aliò, ff. de ſicca.

102 † Propinquitas occiſi etiam facit inditium: ut puta quidam repertus eſt mortuus prope domum, uel habitationem Titii: An præſumatur mortuus a Titio: Guid.de ſuzza.in ſuo tract.de indit.concludit ꝙ ſic: ſi Titius erat ſolitus committere homicidia, uel ſi iſte Titius erat ſolitus frequentare tam de die, quàm de nocte locum commiſſi criminis: per doctrinam Bar.in.l.fina.ff.de uia pub.& per gloſſ.in.l. ciuilem.C. de furt. Nam qui eſt mortuus in ſtrata præſumitur interfectus ab eo, qui continuo conuerſabatur,& frequentabat in illa, ſecundum Barto. & docto.in.l.iuſte in primo.ff.de vſucap. vnde in ſimili ſi plures reperiantur in aliqua domo: quorũ vnus reperiatur mortuus in ea: vtique præſumitur mortuus & interfectus ab habitantibus in ea. & contra eos neceſſario laborant inditia,& ſine vlla dubitatione torqueri poſſunt,& fuit opinio Io. Andr. in add. ad Specul.in tit.de homi.§.1.uer.ſed pone quatuor; & non ſunt decurſi multi anni, quòd quidam exiſtens in carcere leona huius almæ ciuitatis interfectus fuit quatuor uulneribus in pectore a quodam alio carcerato; vnde per Clar.d.aduocat. communis proceſſum fuit ad torturam, & quæſtionem contra carceratos,& ueritas homicidii de terra orta eſt, & reperta fuit,& ſic homicida ultimum ſumpſit ſupplicium auctoritate excellentiſs. Conſilii de 40,ad criminalia,& ſic iuſtitia ſuum ſortita eſt effectum.

103 † Incantationes, & ſortilegia dæmoniorum ope inuenta, non faciunt inditia per ſe ſola, quia ſunt

fallacia,

fallacia,& eorum reſponſa ſunt dubia,& incerta, & plerunque mentiuntur,ut & ibi Ange.in.l. item apud labeonem.§.ſi quis aſtrologus.ff.de iniuriis,ſed bene iuncta cum aliis adminiculis ſunt ſufficientes ad inquirendum,& ita tenuit Brun.in.q. tertia primæ partis.num.35.dicens quòd non eſt mirandum ſi hominum curioſitate deuenitur ad ſortilegia, & incantationes dæmonum, quia medicinæ non ſumuntur ratione delectationum,ſed ratione ſanitatis recuperandæ,& ob id conſpexi, quòd arte & natura vulnera illata in corporibus humanis interdum præbent ſanitatem,& quandoque uulnus vulneri additur,vt vtrunque ſanetur. Paris de Puth.in tract. ſindicat.§.tortura lo.3.in fine,qui hoc idem atteſtatur alleg.Bal.in.l.nemo.C.de epiſco.aud. num.3. Car. in.l.obſeruare curabis,nu.141.incip.27.qui ſortilegi & diuinatores,ſunt hoſtes humanę ſalutis; & eſt ſuperſtitio quædam, qua vtitur homo dæmonis miniſterio,& plerunque ut ſupra dixi deluſoria eſt,& omnino prohibita,vt doc.in.c.ſortes.26.q.v.& ob id nolli eſſe curioſus hiis illicitis mediis inuenire ſuſpitiones, & præſumptiones contra criminoſos ad perniciem & graue damnum animæ tuę,quia curioſitas huiuſcemodi eſt ſuperflua inueſtigatio ad ſe non pertinentium, quia ſi iſtæ ſuperſtitiones ualerent,diuina iudicia locum non haberent.

104 † Item traditur pro inditio,quando poſt commiſſum delictum.T.auxilium prębuit inimico meo:ne ab officialibus caperetur;nã in hoc caſu uidetur cõſcius criminis; nec caret ſuſpicione criminis commiſſi ſecundum Gandi.in ti.de præſumpt. & indiciis.nu.19.alleg.tex.in.l.fina.§.1.ff.de cuſt.& exhibit,reo.Immo ex lege grauiter eſt puniendus.l. Iulia de ui pub.& priuat. Alex.in conſi.35.uol.2.Cepol.conſi.14.num.4.&.l.quotiens.C.de exact. trib. lib.x.ubi habetur, quòd liberans debitorem de ma-

nibus

nibus officialium tenetur ſoluere debitum creditori. hoc idem Bal.in.l.additos.num.6.C.de epiſc.audientia.Ang.are.inſtitu.de actionibus.§. pennales. num.17.uer.adde quod eximens.& ultra poteſt puniri arbitrio iudicantis.ſecundum Cepol.in.d.conſ. ratio iuditio meo,quia quando.l.noua imponit pœnam minorem,quàm imponit lex antiqua utraque debet, ut eſt tex.in.l.i.§. dixit aliquis.ff.de publica. quod namque inditium licet ſit remotum & dubitatum,nil minus eſt ſatis ſufficiens ad inquirendum, & quæſtionem habendam contra reum inquiſitum, ſecundum iura præallegata.

105 † Litterarum acceptatio habetur pro inditio, nam ſi lecta carta in qua ſcribatur; quòd rumor eſt, quòd Titius commiſit homicidium, & ille littera accepta tacet, & non ſe excuſat, nec reſpondet econtra. Talis taciturnitas habetur quòd inditio argumento ſumpto a doctrina Barto. in. l. filiusfamilias.la ſeconda.ff.ad Macedon. Marſil. ſingular.in tractat.cri.in.§.diligenter. nume. 138. & carre.in.l.obſeruare. nume.141.C.quomo.appella. non recip. nam in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium.vt.l.abſentem.ff. de penn. ſed in cauſa ciuili, ſi quis recipit litteras, & non reſpondet utique talis taciturnitas facit probationem, ergo in criminalibus inditium, ſecundum Bartol.in.l. publia in fin.ff.depos.&.l.quo enim. §. primo. ff. ad rem ratam habe.Math. Mates.in ſingu. nume. 22. incipient. not. Mirabilem. Idem uoluit Bald. in.l. ſi procurator abſentis in primo. ff. de procurat. Idem in rubrica. C. de fide inſtrumentorum. 14.colum. Ioan. de Imola in. l. qui in domini. ff. de teſta.Abb.in conſi.18 in ſecunda colum.volu.3. &.l.3.§.inuitus.ff.de pcuratorib.ubi habetur, quod in præiudicialibus taciturnitas,nō habet̄ p cōsēſu.ſed tu uide gl.ī.l.ī adop.in uer.ñ cōtradicēdo.ff.d adop.

Idem

Idem in.c.non iuſte.col.3.de procur.Cepol.cau.xi, Bald in.l,cum quis. C.de iure & fact.Ignor.colu.9. uer.quæro An lex.Alex.in conſi.78.volum.primo, & idem Cepol.caut.24.Bar.& Bal.in.l.titio ſeio.ff. de conſt.pecu.Alex.in.l.non ſolum.§. morte. ff. de oper.no.nuncia.Gozzad. conſi.24.nu.6.corn. cõſi. 319.col.4.nu.5.vol.Fely.cap. non ne benedicimus, col.4.de præſumpt. Amanel de clar.acqui.ſing.138. incip.bene,ſed preditum inditium iuditio meo uidetur ſatis leue;cum ſit remotum a maleficio , & aliis non concurrentibus,credo non eſſe ſufficientem ad quæſtionem,& torturam habendam.

106 † Non reſpondens interrogationi habet inditiũ contra ſe,vt puta ſi præſentatus,uel detentus non reſpondet interrogationi ſibi factæ,vel dicit ; iam dixiſſe,tunc habet inditium contra ſe , & ex hoc poteſt torqueri:& facit tex.in.l.de ætate. §. qui tacuit: ff.de interrogat.act. & ita not. Beluis.in ſua pract. C.de quæſtio.col.v.ver.ſextum eſt:quod ſemper intellige,indiciis præcedentibus,& ſi denuo interrogatus non uult reſpondere,tunc ad quæſtionem,& torturam procedi poterit , quòd ſi interrogatus Iudici reſpondere recuſauerit,tunc de eo ſumenda erit quęſtio;donec reſpondeat ſecundum tamen qualitatem criminis,& conditionem ſubiecti;quòd ſi confiteatur bene quidem:ſi autem non confiteatur:debet eũ Iudex in carceribus detinere , & ſi noua inditia ſuperuenient,tunc quæſtionem repetet, Ange.in uer. fama.nume.119. ſin minus tunc ex carceribus pro nunc relaxabitur : quæ noua inditia debent differre a primis ſpecie & ſubſtantia , vt puta prima inditia erãt de fama,uel inimicitia, tunc ſecunda debent eſſe de uiſu,de ordine dato , uel de aliquo alio ſupra dicto;ita tenet Ang.Magnus pract.in tract. maleficiorum in ver fama publica.uer.quæro, quæ dicantur noua.nu.98.Alex. conſi.183. col. fin. in princ,

uolu.

vol.2.canno.in.c.fraternitatis de teſti.idem Ang. in l.1.in fine principii.ff.quòd quiſque iuris.& ꝙ contra reum qui ex carceribus relaxatus fuit,uel compoſitus poſſit nouis indiciis ſuperuenientibus de nouo contra eundem reum procedi, eſt gloſſ. not. in. l. ſi quis adulter, in fin.C. de adulte.cum aliis ĩnfinitis, quòd not.

107 † Qualitas perſonæ a multis traditur pro inditio,nam ſimilis ſibi ſimilem quærit.c.recollentes de ſtatu mona.conſiderando cauſas & proximas & remotas,nã multę ſunt cãæ quę poſſuut iducere hoïes ad homicidiũ ꝑpetrãdũ. Affinitas,amicitia,uindicta cõmoditas,amoris cupiditas,inimicitia,dolor,& ſupliciũ,& aliæ ſimiles.de primo,ſi ꝓpinquus in corrigẽdo propinquũ modũ excedit tenetur,ut.l.1. C.de emẽd.propinq.ſed in hoc aius conſiderabitur, quia tunc crimẽ cõtrahiẽ cũ volũtas nocẽdi interuenit,vt l.i.C.ad.l.cor.de ſic.& ſimilr hoc dicẽdũ ĩ aſſeſſore, q ſi quid mali cõmiſerit,p̃ſumiẽ potius ex zelo iuſtitiæ,q̃ malo cõſilio & aïo nocẽdi,ut.l.iniuriarũ.§.1. ff.de iniur. & itidẽ hoc de amico aſſerendũ eſt, nam amicitia æquipollet affinitati,ſm doct.Marſ.in rep. rubr.de fideiuſſo.nu.234.vbi multa cõgerit, & Grã. in conſ.56.nu.22.nã ſi amicus pro deffendendo amicum rixantem modum deffenſionis exceſſerit,vtique tenebitur arbitrio iudicantis,habito reſpectu ad perſonam & ad caſum;& hoc idem Cepol.in conſ.4.n. 15. vbi refert caſum de fratre qui reperit ſororem in thalamo male conuerſantem cum amaſio, & ille cõuocatis & coadunatis amicis cum ſotiis. Amaſium interfecit,& in conſulatu Veronę omnes fuerunt abſoluti. item vindicta,quæ alia bona, q̃dam uero mala,bona illa dr̃.de qua in.c.uera.45.diſtin.ubi ſolent hominis peccatoribus indignari,& in pſalm.lætabitur iuſtus cum uiderit uindictam, & pater beatus gaudet, uidere filium malum in inferno; & Matthæus capitulo quinto. vbi uindicta non eſt appe-

tenda, nam ſi quis te percuſſerit in dexteram maxil-
lam, præbe illi & alteram, & leuit.c. 19. Mala uero
uindicta eſt illa, quæ fit animo uindicandi contra ꝓ-
ximum, iuxta illud Ciceronis 1. offic. ne cui quis no
ceat niſi laceſſitus iniuria, de qua per Bal. conſ. 173.
per totum. vol. 3. reliqua perſequere in tract. blanch.
nu. 255. vbi multa acute & docte.

58 † Inuentus in loco criminis commiſſi, habet indi
tium contra ſe, ſi iſte talis erat ſolitus homicidia cō-
mittere, & vir malæ opinionis & famæ; uel ſi inter in
quiſitum, uel accuſatum, & occiſum concurreret ini
micitia, quia hoc caſu eſſet inditium ſufficiens ad tor
turam, ſecundum Carre, in, l. obſeruare curabis. nu.
127. C. quomodo appellat, non recipi, Bar, in. l. ædi-
les. ff. ne quid in loco pub. Fęlin. in. c. afferte. de præ-
ſumpt. col. antepe. Paris de Putheo in tract. ſind. ver.
Mandauit Rex. ibi nu. 13. ſi reperiatur corpus; vbi te-
net quòd ſi procedit inimicitia, eſt ſignum, indicium
& ſufficiens præſumptio ad quęſtionem habendam,
ſed aliis non concurrentibus eſt inditium ad inqui-
rendum, ſecundum Ludo. roma. in. l. 1. §. hoc reſcri-
ptum. ff. ad Sillan. Specul. in ti. de teſte. §. 1. ver. ſed ſi
quatuor. alleg. tex. in. l. 1. in fine. ff. de hiis. qui deie-
ce. & dy. in. l. 1. §. hoc ſenatus. ff. ad Sylla. Grammat.
voto. 23. & 24. & conſ. 32. nu. 10. ubi tenet, quòd ſi a
pluribus in domo exiſtētibus homicidium commit
tatur tortura danda erit magis ſuſpecto, & qui habet
inditium malæ conditionis & famę, & in conſi. 35.
nu. 49. & voto. 32. & Paris de Puth. in tracta. ſindic.
in uer. tortura lo 1. nu. 4. vbi loquitur de conſotio,
Brun. ſing. in. q. v. ſecundæ par. nu. 5. & ſimiliter hoc
idem tenuit Guido de Suzza. in ſuo tract. de indict.
& tortu. nu. 39. vbi tenet, ꝙ ſi plures reperiuntur in
vna domo, & ibi eorum vnus reperiatur mortuus; &
poſt multa concludit ꝙ p̄ſumit̄ mortuus ab illis de
domo, & oēs poſſe torqueri ꝙ intellige hoc dictum
modis. vt ſupra dictū fuit, ꝙ not. & tene menti; quia

facient

facient tibi honorem, & vtilitatem cum opus erit, Iac. No. doct.

109 † Sollicitans vltra modū, ꝙ contra Sēproniū inq-ratur de homicidio commiſſo in perſonam Titii: & ꝙ formetur proclama contra eundē Sēproniū, habet inditium contra ſe, & redditur ſuſpectus: maxime, quando ad ſe non ſpectat, neq; pertineat uendicare necem Titii d. functi. ſm d. Parid. de puth. in tracta. ſyndic. in uer. tortura. lo. 2. in fine, quod dictum ſequitur, Marſ. in. §. diligenter. nu. 150. in pract. crim. & Carre. in. l. obſeruare curabis. nu. 129. C. quomo. appella. non recip. & refert bis contigiſſe in magna curia vicariæ neap. in quibuſdam denunciantibus mortem alterius, & ſollicitantibus, ꝙ omnino inueniatur malefactor: qui ſolicitantes capti, & in tortura poſiti, delictum confeſſi fuerunt, prout etiā refert idem Paris, & Blanc. & uide de hoc Marſ. in. l. vnius facinoris. §. ſeruo qui vltra. nu. 7. ff. de quęſti. facit in ſimili ſi teſtis non citatus, ſed ſponte venit ad deponendum in cā, non probat, nec ualet illius dictum, quinimò redditur ſuſpectus, ſecundum doct. Bar. ī. l. libertorū. C. de teſtib. Bal. ī. l. qm̄ iberi. C. de teſtib. in. p. & l. 2. C. de bonis auct. iud. poſſid. & Iaſ. in. l. ait ꝑtor. nu. 7. ff. de iure iur. nam qui ſe ingerit rei ad ſe non pertinenti ſuſpectus redditur. ſm Marſi. in. d. §. ſeruo qui vltro, de quæſtionib. & non ſunt multi anni dum ſub prætura clar. d. Fęderici Rayh. dig. poteſtati Veronę, ſub anno 1531. eſſem aſſeſſor ad malef. venit quidam, cuius nomen ignoro, ſed erat de Iuliaciis ſollicitans in conſulatu expeditionem caſus mortis. d. Ant. de applicantis cum quibuſdam aliis, qui capti, & ad torturam poſiti, reperti fuere culpabiles, & ſic ſollicitans interdum ſuſpectus redditur, quòd not.

110 † Quærelatus, ſeu accuſatus de furto, uel aliis criminibus, an habeat inditium contra ſe ex ſimplici quærela, tu dic, quòd aut præcedunt inditia, aut

E 2 nulla

nulla ſunt, primo caſu poteſt contra eum in tormentis abſolute ꝓcedi, ſm Guid. de Suzza. in trac. de indiciis. nu. 56. ſi uero nulla inditia præcedunt, tunc ex ſimplici querela non diffamatur, & ob id ſine indiciis non torquetur, uulg. l. ſicut de falſ. & l. i. in prin. & l. maritus. ff. de quæſtio. quæ ſupra dicta locũ non habent ſi accuſatus & citatus ad ſe præſentandũ nõ comparuit, & fuit poſitus in bannum per ſimplicem contumaciam, ſi poſtea comparet ex quo vult purgare contumaciam audietur, ſed tunc poni poterit ad torturam abſque aliis indiciis propter eius præcedẽtem contumatiam, quòd not. quia fuit de mente Nico. de Mat. & Bal. in. l. i. §. ſequitur uidere. C. de hæred. inſtit. ita Franc. brun. in tract. de indict. q. v. 2. par. num. 7. inſuper querelatus, ſeu accuſatus ex ſimplici quærela non infamatur, quando tempore crimen aboletur. Ex quo lapſu temporis nulla punitio fieri poteſt, vt puta ſi ex forma ſtatuti indulgeretur annus ad accuſandum de aliquo crimine. Anno decurſo iniuria eſt deletta contra accuſatum, ſicut in crimine adulterii de iure communi maritus habet tẽpus quinquẽnii ad accuſandum uxorem de adulterio, ob curſu temporis, vt ſupra a lege limitati, perſcripta eſt omnis impunitas. Ita ꝙ contra vxorem nullo modo procedi poteſt, ſecundum Bal. in conſi. 309. vol. 4. quia curſu temporis præfiniti accuſatio omnino extinguitur, quia præfixo termino ad exceptiones proponendas, lapſo termino non poteſt alias proponere, ſecundum Abba. & Deci. in. c. paſtoralis. de except. ſicut ẽt indulgeť accuſatori biennium ad perficiendam accuſationem, vt. l. fin. C. ut infra cer. tẽpus. cri. quæſt. ter. quo tranſacto amplius nõ audiť. imo ex lege mulctať. ut. l. i. C. de calamnia, cũ infini.

111 † Vociferatio mulieris cũ clamore a loco cõmiſſi criminis facit inditiũ, ut puta ſi mulier vim paſſa ac clamauerit, dicendo Aiuteme, aiuteme, facit inditiũ fortii, & uiolẽtiæ ſm And. de Iſer. in conſt. de uiol.

mul.

mul in principio, & in crimine raptus etiam permittitur uindicta, ſecundum doct. caſtren. in. l. refectionis gratia. in uerbo ego fabriq; mei. ff. cõm. pdiorũ. vbi tenet ꝙ illud ꝙ poſſum pro me, poſſum etiã per miniſtros meos ad hoc neceſſarios, & illis reſiſtens vr, Mihi reſiſtere ſm gl. fi. l. cum fundum. ff. de vi & vi ar. & doct. omnes. in. l. vnica. C. de rap. uirg. vbi parentes. inuenientes raptores in crimine poſſunt illos impune offendere, & in hoc caſu uindicta pmittitur, & poſſunt affines, raptores, & auxilium prębẽtes interimere, quia raptus ſolus ſine copula carnali punibilis eſt pęna. l. raptores. ſm commu. docto. C. de epiſc. & cler. & . l. i. §. fin. ff. de extraord. criminib. Cepol. conſi. 57. incip. ſuper querella. 2. col. & itidẽ ſi in aliqua domo audita eſt puella acclamare ſuccurrite, ſuccurriſe, & illo tunc uiſus eſt aliquis e domo illa exire pręſumptio, & inditiũ eſt contra talem exeuntem ſm Nic. de Math. in. l. fina. C. de probat. quem refert Carr. in. l. obſeruare. in prin. nu. 136. C. quando appella. non recip. & Par. de put. in uer. confeſſio ſociorum. & uer. tortura. lo primo. uer. viſo de indict. nu. 8. Bal. & Rom. in. l. excipiuntur. ff. ad Syl. cũ aliis infinitis, vbi loquuntur de ſocio interfecto, & marito mortuo, & in ſtabullo ſepulto, quæ not. quia facient tibi honorem.

112 † A communiter accidentibus ualidiſſimum eſt argumen. in iure. ita communiter doct. in. l. nõ hoc. C. vnde legit. Fęlin. in. c. quia ueriſimile prope fin. de præſump. Marſi. ſing. 336. Bal. in. l. fi. circa finem. C. de hære. inſti. Afl. deciſ. 346. nu. 14. alleg. tex. in. l. neque natales. C. de probat. & ideo indicia aſſumi poſſunt a communiter accidentibus, quia ſic cõmuniter fieri ſolet, quando iuuenes ingrediuntur, & egrediuntur domum mulieris aptę formæ præſumptio eſt, quòd ſit meretrix, quando maxime eo loco contra illã ſuſpicatur., Bald. conſ. 490. incip. duo fratres, i cõi bonorũ exiſtẽtes. uol. v. vbi refert ꝙ maior

natu omnes redditus recipiebat & diſtribuebat, minor natu vxorem accepit,& ſe obligauit ad dotis reſtitutionem, vtique ſoluto matrimonio per mortem uxoris,dos de communi patrimonio reſtituetur,ſm rationes Bal.in prędicto conſi.& idem Bal. in addic. ad Spec.in tit.de ſent.in antep.col.ver. ad mortem : vbi tenet ꝙ argumentum a communiter accidentibus facit inditium indubitatum. de quo dicto plenè per Marſi.in ſingu.primo ſuorum ſingu qui more ſuo ſolito allegat iura,& doc.quos ex te uidere poteris,ſed tu not.glo.ſingu.in.l.i.C.de arbit.glo.in.l. necq; natales.C.de proba.& corne.conſi. 21.vol.2. l.q.vbi tenet,ꝙ bona eſt redditio cauſę,quia uicinus, uel conſanguineus,in hiis maxime quę ſolent inoteſcere conſanguineis,uel uicinis,ſm Bart.in.l.1. ff. ſi cer.pe.& in conſi.194.col.4.in.1.vol.eod. vbi alleg. l.Moſaycam, ſi vulneratus poſt triduum ſuper baculo ſuo ambulauit non præſumitur ex vulnere deceſſiſſe,ſecus ſi per 8.uel x.dies ambulauit ſine baculo : oſtẽdẽs ſe nil mali habere, q̃a p̃ſumitur q' obierit ex alia cauſa,& non ex cã prædicta,quę omnia nota.

113 † Notandum eſt autem quod homicidia tribus modis committuntur animo facto, lingua, ſeu uerbo,ut dicit glo.notab.in.c. homicidiorum de pœnitentiis,diſt.in.1.Cœp.in conſ.38.incip.in Chriſti in fine,homicidia nãq; animo committuntur, quando quis dolo malo hominem agreditur cauſa illum, occidendi, & illum occiderit, ut dicitur in leg.1.& leg.diuus, de ſicca. & hii capitali pœna puniuntur,
114 † nã homicida,quod fecit ſemp̃ expectet.l.nemo C.de epiſc.audi.nam ſanguis occiſorum clamat continue ad Deũ.ut in Apo. Ecce poſt hæc uidi animas interfectorum clamantium ad Deũ.c.6.Marſi.in ſin. ſuis.nu.270 Exodi.c.11. Ibi maleficos non patieris uiuere.Grãm.conſ.4.n.16.fol.4. quid ſi uolẽs hominẽ occidere,equũ occiderit.An puniatẽ de homicidio pœna ordinaria. ll. corneliæ propter animum occidendi

dendi hominem dic quod ſic, ſit proceſſit ad aliquem actum ſecundum Barto.in.l.impuberem.§.1. in fine.ff.de falſ.Bar.ang.& Mars in.l.diuus,nu.9.de ſicca.c.fi.de homic.in.6.licet aliter de conſuetudine.
115 Sed ſi quis non haberet†animũ occidendi,ſed vulnerandi,uel percutiendi, tunc non puniretur pœna. l. Cornelie de ſiccar. ſed alia miliori pœna arbitrio iudicantis ex quo apparet, quod non habebat animum occidendi, neque aderat dolus, ut per Roma. in.l.cum mulier.32. col. uer.aduerte tamen.ff. ſolu. mat.Pau.de caſt.conſi.92. incip. in cauſa carceratorum.Feli.in capit.dilecti,de except.Pano.in.capitu. olim,el.2.de reſcrip.Cœp.conſil.53. incip.in Chriſti no.n.5.& idem dicendum eſſet quando quis interfectus fuiſſet nõ dolo.Sed leui aut lata culpa,ut Cęp. in dicto conſi.53. Car.in ſua pract.§. homicidii autem ſpecies per totum.Gram.uoto.24.nũ.18.
116 † Facto uero dupliciter committitur homicidium aut per ſe immediate occidendo, aut mortis cauſam præſtando, aut mediate. quando quis maleficio aſtitit,& cauſam remotam præſtat,ut Bart.in.l.furti.†.ope.ff.de furtis. Quis autem dicatur:auxilium & opem præſtare alicui homicidium committenti, & qua pœna puniatur. uide Ang. in gl. auxiliatorem.1.col.verſi. quæro, Fel.& alii in capitu.ſicut dignum,de homicidio Blanc.in.l.fin. de qõ.nu.201.late Cœp.conſi.27.nu.9.& conſi.34.& conſi.1.nu.17. Car.in ſua prac.in.§.homicidiũ autem. Sal. & Hip. in.l.1.de rap.uirg.Bald.in.l.fin. C.de ſic.idem Bald. in.l. ob hæc verba.ff.de infam. Boni. in ti. de percu. & inſul.Bal.in con.492.n.1.p.uolu.
117 † Verbo & lingua committitur homicidium,aut mandando,ut quando quis mandat hominem pecunia mediante occidi,& hi aſſaſſini dicuntur,tã mandans,quam mandatarius, ut in capitu.1. de homici. in 6.Bal.in.l. non ideo minus in princi. C. de accu. Bar.in.l non ſolum.§.ſi mandato,ver.venio ad con-

ductorem.ff.de iniur. Ang.in.l. qui ſepulchra.C.de ſepul.uiol.uel quando aliquo non dato, uel promiſſo, ſed ut alteri complaceat Alex.in.l.i.§.& hæc actio.numer.4.ff.de eo per quem facta.ubi late de hac
118 materia, & tam † mandans quam mandatarius, eadem.l.& pœna puniuntur.ut per Cœpol.in conſi. 36.incip. in Chriſti nu.10. Bart.in.l. furti.§.ope.& in.l.is qui opem.ff.de fur.aut conſulendo,ut quando quis conſuluit aliquem interfici,uel perſuadet maleficium committi, uel per litteras, ut quando nuncius portat literas, uel mediator criminis,qui punitur ut delinquens ut Anch. c.1.de teſt.in.6.tex.in.l. ſi ſciente de paricid.Car.in ſua pra.num.113.fol.69. & iſta aduertēda sūt, ut ſciatur proponi accuſatio uł
119 † formari inquiſitio, an de mandato,uel de conſilio formanda ſit,ut dicit Cœp.in conſi.27.in nu.61. Et quando uerba poſſunt ſe habere ad conſilium, uel mandatum uide ibi num. 8. & 9. & late Car. in ſua pra.§.circa,car.104.nu.138.Et qua pœna punia-
120 tur † conſulens perſuadens uel inſtigator dic ut ibi per eum.nu.163. Aut auxilium,& fauorem præſtando,aut conſulendo,ſolicitando, hortando,uel inſtigādo,quod dic ut per Bal.in.l. ob hæc uerba.ff.de his qui not.infam.Bart.poſt Alex. in.d.§.ſi mandato de iniuriis,& Car.ibi in ſua prac. in nu.180.Grā. conſi.36.nu.8.14.&.15.

121 † At ſi quis aſſiſtit delicto ſeu maleficio, & non poteſt prohibere,& non prohibet,an teneatur, ut faciens,dic quod aut quæritur de iure ciuili,aut de iure cano.ſi de iure ciuili,dic quod aſſiſtens maleficio non tenetur obuiare niſi in certis caſibus,ut per Fel. in.ca.i.de off.deleg.&.c.ſicut dignum de homi.Mar. in.l.1.ff.de ſic.& in conſi.126.

122 † Aſſiſtens maleficio de iure can. differenter tenetur obuiare. & non prohibens cum potuerit punitur.vt in.c.quando.de ſenten.excom. Ang.in.§.iuris præcepta.nu.5.inſti.de iur.nat.gent.& ciuil.Roma.
conſi.

conſi.95.& 314.Ang.in.l.1.C.de nili. age.non rũp.
123 Blan.in.l.ſi nu.236.ff.de quæſt.niſi †aſſiſtens maleficio uellet conſtare in eo loco caſu eueniſſet, quia tunc non puniretur aliqua pœna, ut per Bal.& Saly. in.d.l.non ideo minus.C.de accuſ.

124 † Mala conuerſatio in locis inhoneſtis, & cum malis hominibus, etiam facit inditium, nam bonus ſi conuerſatur cum malis, efficitur malus, ut docet experientia rerum magiſtra.ut.l.ediles.§.pedius.ibi non ſolum ad corpus, ſed ad animi uicia referrendũ eſt.ff.de edil.edict.& ideo ſecundum catonem,cum bonis ambula,& ideo in dies uidemus,ꝙ boni ob cõuerſationem cum malis hominibus, efficiuntur mali,& aliis deteriores,& hanc opinionẽ tenuit Belui. in tract.de quæſt.in. 14 indicio. Gand. in rubr. de quæſt.2.col.vbi duplici ratione conſiderat homines primo a natura cum ſit prona ad malum, & iſta eſt intrinſeca. Alia uero extrinſeca ob malam conuerſationem cum malis,& ideo boni conuerſantes cũ malis,peiores aliis efficiuntur.& Bal.in conſ.311. vol. 5.tenuit epiſcopum potuiſſe torquere conuerſantur cum heretico,dum incolparetur de hæreſi ex conuerſatione enim facta cum malis hominibus, præſumptiuè quis malus iudicatur,ſicut econuerſo, nam incedendo cum bonis,bonus eſt iudicatur.quia vna p̄ſumptio aliam tollit & elidit.l.diuus.uer. itaq; iuncta glo.in uer.extimari.ff.de reſtitu.in integr.Deci. conſi.479. nu.6.

125 † Sed quid dicendum de minore committente delictum in minori ætate, an factus maior poſſit, contra eum inquiri, & procedi & puniri. Aut ut maior,uel ut minor,dic ut per Marſi. in.l. infans. ff.de ſicca.& in.l.de minore in fin. prin. ff. de quæſtion. & per Felin. in. capitul. exhibita, de homicidio, & panormit.in capitu. fin.de ſenten. excommu. quod ibi uide & nota. Reliqua per te ſtudendo uidebis, & in dies conſiderabis.

MODVS

MODVS CONSTITVENDI VVLNERATOS, SEV OFFENSOS IN PRACTICA ITA SERUATUR.

Conſtitutus ad preſentiam Spectabil. Domini iudicis maleficiorum. Quidam uir iacens in lecto in quadam camera habitationis dicti Sempronii, ſitæ in contrata Calis maioris Taruiſii, in certa cariola habens caput faſciis, & ligaminibus inuolutũ, & interrogatus de eius nomine, cognomine, & patria. Reſpondit.

Interrogatus quare ita iacet in lecto, & a quantto tempore citra. Reſpondit.

Interrogatus vbi quando, a quo, ſeu a quibus, & cum quibus armis fuit vulneratus. Reſpondit.

Interrogatus ex qua cauſa fuit vulneratur. Reſpondit.

Interrogatus ſi habet aliquam inimicitiam cum aliquo, ſeu aliquibus, & a quanto tempore citra. Reſpondit.

Interrogatus contra quem ſeu quos ſuſpicatur. Reſpondit.

Interrogatus ſi poteſt imaginari de hoc caſu contra aliquem ſeu aliquos. Reſpondit.

Interrogatus de præſentibus ad dictum caſum, qui viderint. Reſpondit.

Interrogatus ſi vult & intendit quod procedatur, contra repertos culpabiles. Reſpondit.

Interrogatus ſi vult quod in dicto caſu iuſtitia ſuum ſortiatur effectũ. et in ipſo caſu ꝓcedat. Reſpõdit.

Quibus habitis, &c.

MODVS AVTEM CONSTITUENDI REOS CRIMINOſOS DE PLANO.

Conſtitutus coram Magnifico, & Chariſs. Domino poteſtate & capitaneo Taruiſii, quidam uir proceræ ſtaturæ inductus pannis camelinis cum caligis

ligis albis duploide albo, ſine bireto tonſus, cum barba nigra, ætatis ex aſpectu, ut uidebatur annorum.xxx. vel circa. Et interrogatus de eius nomine, cognomine, & patria. Reſpondit.

Item interrogatus ad quem finem ſe ſponte ad carceres præſentauit, vel quare, & ex qua cauſa fuit retentus, & in carcerem detruſus. Reſpondit.

Interrogatus ſiue admonitus quod narret quomodo ſucceſſit caſus mortis. q. Sempronii. Reſpondit.

Interrogatus quibus certis loco, die, & hora fuit interfectus prædictus. q. Sempronius. Reſpondit.

Interrogatus cum quibus armis, & in qua parte corporis fuit idem ſempronius vulneratus. Reſpon.

Interrogatus quomodo intellexit prædicta. Reſpon.

Interrogatus a quo ſeu a quibus prædicta dici audiuit, & in quo loco. Reſpondit.

Interrogatus in quo loco ſe reperiebat ipſe retentus, ſeu conſtitutus tempore ſequuti homicidii in perſonam p̨refati. q. Sempronii. Reſpondit.

Interrogatus qui habitant in domo ipſius conſtituti. Reſpondit.

Interrogatus ubi ſtetit illa nocte in qua ſucceſſit caſus mortis. q. Sempronii. Reſpondit.

Interrogatus cum quo, ſeu quibus dormiuit ea nocte. Reſpondit.

Interrogatus ob quam cauſam præfatus. q. Sempronius fuit interfectus. Reſpondit.

Interrogatus, an ſibi conſtituto, uel aliis ex coreis per aliquem, ſeu aliquos fuit datum uel promiſſum, ut tale committeret homicidium. Reſpon.

Interrogatus in quo, loco datus fuit ordo occidendi p̨refatum. q. Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus de præſentibus ad dictum caſum. Reſpondit.

Interrogatus ſi ipſe conſtitutus unq̃ alloquutus fuit de hoc caſu cum aliquo ſeu aliquibus. Reſpondit.

Interrogatus quæ inimicitia intercedebat inter aggreſſores & ipſum Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus de ordine & tractatu interficiendi præfatum.q.Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus de indumentis habitu, & ſtatura aliorum complicum. Reſpondit.

Interrogatus ſi de hoc ordine,& tractatu pluries ſermo inter eos habitus ſit, uel cum aliquo ex prædictis locutus fuit de die uel de nocte. Reſpondit.

Et admonitus quod aduertat dicere ueritatem tam circa factum quam circa ordinem tractatum, & deliberationem committendi dictum homicidiũ, aliter cogetur mediis iuris eam in tormentis fateri, quibus habitis fuit reductus ad locum ſuum animo,&c.

PRO PVRO HOMICIDIO inquiſitio.

Hæc eſt quædam inquiſitio,titulus,ſeu forma inquiſitionis.&c.Contra & aduerſus.

Titiũ filium.q.Ioannis de Vegla.

IN eo,de eo,& ſuper eo, quod fama publica præcedente,& clamoſa inſinuatione ſic referente non quidem a maleuolis,& ſuſpectis,ſed a ueridicis,& & fide dignis perſonis non tantum ſemel, ſed ſæpe, ac ſæpius ad aures, & notitiam prælibati clariſſ.Domi.poteſtatis eiuſque Spectab.Domi. Iudicis maleficiorum etiam per modum notorii anditu peruenit. Quod dum dictus Titius odio proſequeretur Gaiũ filium Ambroſii de Antiberi Taruiſii cõmorantem, ex cauſa ſeparationis cuiuſdã rixæ ſequutæ diebus præcedentibus inter præfatũ inquiſitũ,& Accurſiũ a ſerico in qua quidẽ rixa,idẽ Titius percuſſus,& uulneratus fuit a dicto Accurſio duobus uulneribus, in

manu

manu ſiniſtra,cumq; ſub die.12. Febr.nuper exactis idem inquiſitus de ſocietate nonnullorum ſedere ſuper banchis prope plateam Taruiſii & intueretur Gaium illac tranſeuntem quærens occaſionem, & opportunitatem rixandi,& ad manus ueniendi cum dicto Gaio cōſurgens dicto loco, & ſe ad eum appro pinquans cœpit uti aliquibus uerbis minatoriis & parum timens uires iuſtitiæ nulloq; habito reſpectu loci prædicti poſitis manibus ad enſem,quam ad latus habebat furibunde irruit ad perſonam dicti Gaii quem uulnerauit in brachio ſiniſtro cum inciſione carnis, & ſanguinis effuſione, necnon percuſſit & uulnerauit eundem ad uiam capitis uno magno pro fundo,ac lętali uulnere, cum inciſione carnis, & cra nei, ac maxima ſanguinis effuſione ex quibus quidē uulneribus domum delatus & habita per peritos de eis diligenti medela inde ad paucos dies obiit committendo prædicta ſcienter, doloſe, contra Deum, ius & iuſtitiam, in uilipendium regiminis, ac pacifici ſtatus, ac contra formam iuris, & ſtatutorum communis Taruiſii, ſuper quibus omnibus, & ſingulis,&c.

PRO PVRO. ALIA.

Hæc eſt quędam inquiſitio titulus ſeu forma &c.contra & aduerſus.

Accurſium filium Matthæi de Iadra.

IN eo, de eo, & ſuper eo. &c. quod dum præfatus inquiſitus diebus præcedentibus ad manus deueniſſet cum Matthæo dicto, Moro famulo Laurentii de Roſetis ex cauſa nonnullorum arbo-

rum dictorum polloni quorum cauſa Matthæus ipſe dixerat prænarrato inquiſito, quod eos ſubripuerat, in campis, & terris Laurētii eius patroni, cupienſque inquiſitus ipſe de prædictis uerbis uindictam ſumme re in die lunę. 27. Febr. nuper exacti in crepuſculo noctis ſumpto ſecū enſe in domo Dominici Marci Molendinarii montis Bellunæ, & tranſitū faciens ante ianuam magiſtri Baptiſtæ de Lidolo Cerdonis ſuper ſtrata callis Taruiſinæ obuiauit eidē Matthæo uenienti a laborerio ſuo ad quem cum applicuiſſet factis prius aliquibus uerbis cœperunt inter ſe manus conſerere, quem Matthæum idem inquiſitus punctim percuſſit & uulnerauit uno magno, profundo, ac lætali uulnere in coxia dextra, in parte domeſtica penetrans ad intus uſque ad alteram partem dictæ coxiæ, cum inciſione carnis, neruornm, & ſanguinis effuſione, ex quo quidem uulnere illico Matthæus ipſe ad terram corruens uitam cum morte commutauit. committendo prædicta ſcienter & doloſe contra Deum, ius & iuſtitiam, in uilipendium regiminis.

Super quibus omnibus, & ſingulis idem Clariſs. dominus poteſtas, procedere intendit. &c.

FORMA INQVISITIONIS
PRO PVRO HOMICIDIO.

Hæc eſt quædā inquiſitio titulus, ſeu forma, &c. contra & aduerſus Gaium & Sempronium Iuſtinopolitanum.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica, præcedente, clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a ueridicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel, ſed ſæpe, ac ſæpius ad aures, & notitiam prælibati

libati

libati Clariſſi. Domi. poteſtatis, etiam per modum, Notorii auditu peruenit. Quod die lunæ proxime exacti circiter horas. 23. Dum Sempronius eſſet et ſe reperiret in domo propria penes ignem pro ſe calefaciendo, & audiret rumorem quendam non multum longe a domo ſua per nonnullos ruſticos rixantes, domum exiluit Gaium fratrem requirendo, ut ronculam ſibi porrigeret intermediãdi cauſa ne quid mali ſequeretur, quam cum Gaius ipſe afferre recuſaret inclinans ſe deorſum, ſaxum de terra ſuſtulit, quẽ manibus deiicere uolens ad perſonam ipſius Gaii, Cęſiam quaudam percuſſit. Vltra quam eo tunc aderat Franc. filius Donati de Giadra, qui occaſionem, quærens rixandi dixit erga ipſum Sempronium, che uuol dir queſto trarre, & reſpondente ipſo Sempronio non trago a te, ma a Gaio mio fratello, non gli poſſo io trarre? Tunc Franciſcus ipſe quęrens opportunitatem ad manus ueniendi cum prædicto Sẽpronio acceſſit ad locum ubi erat ipſe Sẽpronius, ad cuius perſonam cum appropinquaſſet manibus aprehẽdit per duploidem, & ſic ita adinuicem altercantibus ſuperuenit Gaius eius frater, qui uolens fratri auxilium præbere apprehẽſo manibus cultello, quem ad latus habebat punctim admenauit ad perſonam eiuſdem Franciſci quem uulnerauit duobus magnis profundis, ac lætalibus uulneribus in dorſo cum inciſione carnis, & ſanguinis effuſione, qui domum delatus poſt dies octo occubuit uulneratus aſſiſtente ibi ſemper dicto Gaio auxilium, cõſilium, & fauorem cohoperatiuum pręſtante committendo prædicta ſcienter & doloſe contra Deum, ius & iuſtitiam. &c.

Super quibus omnibus & ſingulis, &c.

SVM-

1 Iudici conſtare debet de delicto, antequam contra aliquem procedat.
2 Rectores terrarum, an debeant mittere iudices ad conſpicienda uulnera cadauerum.
3 Inimicitia, an faciat inditium.
4 Cauſa inimicitię, an exprimi et pbari debeat.
5 Solitus delinquere. an habeat ĩditiũ contra ſe.
6 Offenſus ſi habet unicum uulnus, & plures fuerunt in rixa a quo illatum eſſe credatur.
7 Fugiens cum gladio in manu ſanguinolento, an habet contra ſe inditium.
8 Fugiens ex aliqua domo cum gladio ſanguinolento, et cum facie pallida, an ſit ſufficiens inditium ad condemnationem.
9 Viſus admenare gladiũ nec apparet de percuſſione, an ſit inditium ad torturam.
10 Cõtra deferẽtẽ arma, an lex pſumat oẽ malũ.
11 Palliditas, & trepidatio, an faciat inditium.
12 Aſſertio uulnerati ĩ articulo mortis, an faciat inditium contra uulnerantem.
13 In articulo mortis, an quis præſumatur immemor ſalutis æternæ.
14 Aſſertio, offẽſi, an faciat ſuſpicionẽ ad ĩqrẽdũ.
15 Cõtumacia, ã faciat ſufficiẽs ĩditiũ ad torturã.
16 Cõtumacia, an inditiat quem culpabilẽ abſq; alijs inditijs.
17 Infamia delĩquẽtis, ã faciat ĩditiũ ad torturã.
18 Confeſſio ſocii cõtra ſocium criminis, an faciat inditium.

19 Dictum ſocii criminis contra conſocium, an faciat inditium ad torturam.

20 Reſiſtentia facta per aliquē ne malefactor capiatur a familia poteſtatis, an faciat inditium.

21 Deprehenſus in delicto, an faciat inditium ad torturam contra ſe.

22 Fur deprehenſus in crimine furti, an poßit furca ſuſpendi.

23 Clericus repertus in fragranti crimine adulterij, an pater uel maritus poßit eum occidere ſine incurſu excommunicationis.

24 Taciturnitas ſocii quādo ſocios reperitur mortuus in domo, an faciat inditium cōtra ſe.

25 Acclamatio, an faciat inditium.

26 Mulier reperta uulnerata in aliqua domo, an præſumptio inſurgat cōtra excuntē de dicta domo, cum gladio euaginato in manu.

27 Frequentatio aßidua an faciat inditiū contra delinquentem in delictis.

28 Sciens, & non prohibens cū potuerit, an habeat inditium contra ſe.

29 Prohibere potens, & non prohibens, an dicatur particeps delicti.

30 Recipiēs malefactorem in domo poſt delictum commiſſum, an dicatur conſcius eiuſdem delicti.

31 Coniunctus cum malefactore in aliquo affinitatis gradu, & eum recipiens, an dicatur particeps & conſcius eiuſdem delicti.

32 Aſſertio mandatarij, an faciat inditium cõtra mandantem.

33 Dictum mandatarij contra mandantem, an faciat probationem.

34 Dictum mãdantis, an faciat inditium ad torturam contra mandatarios.

35 Petitio uenię extra iudiciũ, ã faciat indiciũ.

36 Confeßio extraiudicialis, an faciat inditium ad torturam.

37 Cohabitatio cum inimico, an dicatur inimicus inimici.

38 Mortuus in domo, an iudicatur, & prę ſumatur interfectus ab habitantibus in eadẽ domo.

39 Trepidatio, uariatio, & pallor in reo, an ſit ſufficiens inditium ad torturam.

40 Vita mala rei imputati, an ſit ſufficiens inditium.

41 Deploratio facta in domo alicuius, et de morte illius Iudici non ſit data notitia, an ex hoc inſurgat inditium contra inhabitantes in dicta domo.

42 Repertus prope mortuum cum aliqua arma, an indicietur.

43 Si plures fuerunt in rixa, & vnus fuerit lætalis vulneratus, an oẽs uel nullus teneatur.

44 Vulnerans, an ſemper teneatur de occiſo.

45 Medicis & peritis ſemper ſtandum eſt in materia vulnerum.

46 Vulnera mortalia ab aliquibus illata, an omnes

nes teneantur vt principales, uel ut opem præſtantes.

47 *Vulnus de per ſe non mortale, ſed illatum in corpus ægrotum, an mortale iudicandum ſit.*

48 *Percuſſus vel vulneratus, qui ex interuallo deceßit, an ex vulneribus, vel ex alia cauſa deceßiſſe intelligendum ſit.*

49 *Vulneratus non adhibens medicum, & moriatur, an vulnerans de occiſo teneatur.*

50 *Delinquens in vna iuriſdictione, an in alio loco puniri poßit.*

51 *Delictum commiſſum in alieno territorio, an poßit per iudicem originis quis puniri, uel ne.*

1 SCIENDVM eſt aũt, quod iudici in primis conſtare debet de delicto perpetrato, antequã procedatur contra aliquẽ, ut in crimine homicidii, de corpore interempto, & in caſu furti de re furata, & ſubtracta, uel per famam in uicinia, aut alibi prout informari poterit iudex, ut dicit Iaſo. in. l. iuſiurandi. §. procurator, de iureiur. Bar. l. fi. in princip. ff. de
2 quæſtio. Blanc. in. l. fin. eo. ti. nu. 15. & ideo † Rectores terrarum, & locorum antequam contra aliquem procedant proceſſum formant, mittuntq; Iudices & officiales cum notariis ad videndum cadauer hominis interfecti, & ad conſpicienda vulnera in dictis cadaueribus illata, teſtes examinando, prout ſeruat hactenus conſuetudo. Quod vtique formari debet, & appellatur, uiſum & repertum.

FORMA CONSPICIENDI CADAVERA, ET DESCRIBENDI uulnera mortuorum, Quæ appellatur uiſum & repertum.

VISVM & repertum fuit per Sp. Domi. Iudicem maleficiorum, Clariſſi. Poteſta. Veronæ cadauer, unius hominis maſculi ætatis ex aſpectu (ut uidebatur) annorum triginta, uel circa poſito in quodam feretro in medio eccleſiæ ſancti Petronii inductum, pannis nigris, quod denudatum uolutum, & reuolutum per Raphaelem monticulo præconem officii maleficiorum compertũ eſt habere infraſcripta uulnera uidelicet,

Vnum uulnus in pectore penetrans ad intus per palmũ facta experientia per dictum præconem ſtylo ferreo quod uidetur eſſe factum pugione, uel ſimili armorum genere. Item aliud uulnus in fronte tranſuerſus penetrans ad intus per duos digitos quod uidetur eſſe factum enſe, uel ſimili arma incidenti.

Cuius quidem cadaueris nomen dum eſſet inhumanis uocabatur Sempronius filius . q. Gireli Vallis Pulicellæ prout iuramento affirmauerunt, Antonius & Franciſcus de eadem uilla Vallis Pulicellæ, &c.

FORMA PROCLAMATIS mandato Iudicis.

QVI ſp. d. Iudex maleficiorum contra prædictos procedere intendens. iuſſit, ac mandauit prænominatos reos citari, ac ſeruatis ſeruandis proclamari debere. vt iuſtitia ſuũ ſortiatur effectũ, ideo citãtur uocãtur, & ſtridantur infraſcripti oẽs. vcz. A. & B. Quod in termino dierũ noué ꝓxime futurorũ, quorũ tres ſint pro primo, tres pro ſecundo, & reliquæ tres ꝑ tertio, vltimo & peremptorio termino ꝑſonaliter compãrere, & ſe pñtãre debeãt ad publicos carceres

ſuæ

ſuæ M. ad ſe tuendũ & excuſandũ, ac deffendendũ ab inquiſitione, ſeu accuſatione ſupraſcripta, & cõtentis in ea, ac proceſſu ſubinde formato, vt ſupra. Aliter termino ipſo tranſacto: & ipſis non comparentibus, vel ſe præſentantibus ad excuſandum, vt ſupra contra eos, & quemlibet ipſorum procedetur, prout iuſtitia requirit, & ſuadebit abſentia eorum, vel cuiuſlibet eorum non obſtante.

Retulit A. præco ac Tibicẽ, ſe mãdato prçlibati magnifici d. poteſtatis loco, ſeu ſolitis locis ſono tubæ prçmiſſo hora debita. in culmine mercatus quamplurimis aſtantibus publice & alta uoce ſtridaſſe, ac ꝓclamaſſe ſupraſcriptos ĩquiſitos in oĩbus, vt ſup. cõtinetur.

DE MODO, ET FORMA CITANDI reos criminis.

FOrmato itaque ꝑ iudicem maleficiorum proceſſu oĩ cum diligentia proclametur reus uocis tubæ ſonitu præmiſſo ad ſe perſonaliter præſentandum ad carceres in term. dierũ 9. & ſ̃m varietatẽ locorum variantur ẽt termini dilationũ. nã in hac alma ciuitate ex ſtilo & cõi obſeruãtia, ꝓclamant rei ĩ term. dierũ 8 ꝓxime futurorũ, qui ſi non cõparent banniuntur de Venetiis, & de oibus terris & locis illuſt. Duc. Do. cũ pẽna anotationis, ſeu cõfiſcationis bonorũ, ſ̃m atrocitatẽ delicti, in Gallia uero ex vſu fori diuerſimo de citantur, quandoq; rei ꝓclamantur in term. dierũ 8. qñq; in term. dierũ x. Aliqñ dierũ 4. ſ̃m atrocitatẽ criminis, vt Guido papa. d. 429. In terris aũt maritimis quaſi cõiter ꝓclamantur in term. dier. 20. ꝓxim. futurorũ, ꝓut Cherſi. ex forma ſibi tradita ꝑ cl. d. ſyndicos terræ Dalmat. quæ infraſcr. citatio, ſeu ꝓclama fit & fieri debet. primo ꝑſonaliter ſi haberi põt, ſi minus ad domũ ſolitæ habitationis, vel ꝓ proclama, de qua ꝑ Bar. in. l. inter. ff. de pub. iudit. & ſing. Bal. in. l. accuſatorib. C. de accuſ. nu. 15. vbi multa late.

Inimicitia an faciat inditium, uide ſi cauſa inimicitiæ eſt grauiſſima, & ex cauſa famoſa, tunc facit inditiū, ut Bal.in conſi.138.3.uol.cōſi.78. nu.2. all.Cy.in.l.fi.de quæſt.uol.3.Et quæ dicatur inimicitia capitalis, uide Bal.cōſ.41.5.vol.n.2.Bar.in.l.3.§.fi.ff.de adimp.legat.& vide et Grām.uoto 34. nu. 4. 5.& cōſ.44.9.& 46.nu.9.& cōſ.3.n.5.& Io. d amic. cōſ.51.& Blāc.in.l.fi.de quæſt.n.89.& 91.Bal.in.l.i. C.de ſic.& aduerte, qđ cā inimicitiæ exprimi, & probari debet, ut p Marſ.in ſing.ſuis.178.aut.n.inimicitia oritur ex lite, aut opinione, aut iniuria, ut Blanc. ibi n.91.Bar.& Marſ.in.l.i.§.præterea.ff.de qō.aſſerentes qđ aut inimicitia oritur ex cauſa leui, aut graui ſeu capitali, ſi ex leui cauſa oriatur non oritur in-
4 ditium, † ſi uero ex graui, & capitali tunc reſultat inditium, & ſic cum iſta opi. pertranſeunt ferè omnes doct.Hip.in pra.cri.in.§.diligenter.nu.69. & 70. & duplex eſt inimicitia ſm Pet.Sant.Luſit.in tract. de ſpo.merca.car.41.n.42.Bal.in.l.pen.ff.ſol.ma. Ang. in.§.inimicitiæ.inſti.de excuſ.tut.& Grām.deci. 28. nu.5.& Rom.in.l.i.§.hoc.ff. ad ſillan.

5 † Solitus delinquere habet inditiū cōtra ſe, ut uoluit Marſi.in §.diligenter, n.99.in ſua pract.fol.17. Saly. in.l.fi.C.de quæſti.& in.l.ſeruos.C. ad. l. Iul. de ui pub.Alex.in conſi.77.incip.in cauſa accuſationis.3. col.ibi.5.indi.& in conſ.50.Viſis & oportune primo vol.dicens quod ſi plures fuerunt in rixa, & offenſus nō habet niſi vnicū vulnus & ignoratur, a quo ſit il-
6 latum ſi fuerit † vnus ex ipſis uir malę conditionis, & famæ, & ſolitus delinquere, is talis torqueri poterit Blanc.in.d.l.fina.de quæſtio.nu.246.Barto.in.l.fin. ff.eo.Bal.in.l.fin.ff.de hære. inſtit.Fran.Bru.in trac. de inditiis uer.circa tertium, col.7. dicētes. Quod ſolitus delinquere habet contra ſe iuris præſumptionem, ut Care.in ſua practi.§.homicidii. nume.35. fol.61.& not.quod ſolitus differt a cōſuero.ut Barto. in.l.mela.§.ſed ſi alimenta.ff.de aliment. & cib.leg.

7 † Fugiens

7 † Fugiens cum gladio in manu euaginato ſanguinolento de aliquo loco in quo reperiatur ibi homo mortuus habet ſuſpitionem,& inditium contra ſe ad retentionem, & torturam. Vt dicit Bart.in.l. fur manifeſtus,in princi.ff.de fur. Aret.in.ca.tertio loco de probat.Bal in.l.neque natales in fine.1.col. de probatio. Ang.in tract.maleficiorum, in verſi.fama publica ibi quæro.nume.17.immo dicit in.l.fi. in prin.ff.quod met.cauſa.Angel.

8 † quòd ſi quis eſt uiſus exire ex aliqua domo cum gladio ſanguinolento,& cum facie pallida. Quæ domus non habet niſi unicum hoſtium, & intus reperiebatur homo mortuus, quod eſt ſufficiens inditiũ ad condemnationem, & alleg. Tom. pipara. prout refert Io.and.in addit.ad Specu. in tit. de probatio. §.1.uerſi. is, & iſta eſt communis opinio prout refert Blan.in.l.fi.ff.de queſtio. nu.292. Care. in ſua practi.fol.33.nu.135.Marſil.in rub.C. de ꝓba.nu. 237. ubi dicit, quod homicidium dicitur manifeſtũ cum enſe ſanguinolento,quando quis eſt uiſus exire aliquam domum & poſt puſillum auditus eſt clamor,& i domo repertus eſt homo mortuus,& not. quia ſeruiet tibi ad multã.

9 † Viſus admenare gladium licet non appareat de percuſſione, & ſic de actu proximo, facit inditium ad torturam, quia deponit de actu proximo maleficio,& homicidio,ut Ioan.and. in addi. ad Speculat.in titu.de proba. §.3.verſic.13. dicens quod lex
10 præſumit omne malum † contra deferentem arma, vt.l.vnica. C.vt armorum uſus lib. 11. Angel. in verbo fama publica,verſi.queſro an vnum inditiũ num.18.alleg.Immo.in.l.fin.de hæred. inſti.paul. de caſt.conſil.197.in primo volu. Alex.conſi.15.in 1.vol.Cep.conſil.32.& cõſi. 39.& pet.de anch. cõſi.254.Bal.in.ca.§. ſi ruſticus de pace tenẽd.in vſib. feu.& Ange.in.l.1.§.occiſorũ.ff.ad Syllã.Cœpo. in cõſi.32.nu.5.rom.ĩ.l.p.§.hoc reſcriptũ. ff. ad Syllã.

 11 † Pal-

11 † Palliditas, & trepidatio eſt optimum ſignum, & inditium, vt uoluit Ioan.and.in addi. ad Spe. in titu. de proba.§.ſupra verſi.is circa fin.Bar.in l.de minore.§.plurium,de queſt.Bal.in.l.3.C.de teſtibus,& in l.1. in princip. C. de epiſc.audi.col.1.ver.item ponit iudex,Iaco. de bel.in ſua prac. criminali in titulo de quæſtion.col. 3. qui reddit rationes & iura, Franciſcus brun.in titu.de inditiis,col.12. ver. alia quædam inditia,Marſi.in ſua pract.§.diligenter,nu.74.Blanc. in.l.fin.de quæſ.nu.259.Bal.in.l. presbyteri, in prin. de epiſco.& cle.cum infinitis.Gramm.voto.30.nu.4. ubi bene.

12 † Aſſertio facta per vulneratum in articulo mortis an faciat inditium contra vulnerantem dic ut per Bal.in conſil.25.incipiente in caſu ſuper quo in col. 2.in.1.volu.Marſi.in ſua practi.cri.nu.117.§. diligenter, dicens quod nemo præſumitur immemor ſa-
13 lutis ſuæ in articulo mortis, † & maxime ille qui laborat in extremis contra quem non poteſt cadere aliqua præſumptio quòd mentiatur, Oldr. conſ. 192.ver hiis. igitur ſic præmiſs. & Alex. conſ. 238. ponderatis narratis. in Them. vol ſexto. Blanc. in. l.fi.de quæſtio.nu.390.Care.in ſua pract.fol.31.nu. 124.Ang.l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriẽs.ff.ad ſyl-
14 lanianum.† Deci.in conſil.363. dicit quod aſſertio huiuſmodi facit leuem ſuſpitionem ad inquirendũ, & non ẽ ſufficiens inditium ad torturã,niſi aliis concurrentibus.Bal. in tit. de pace conſtantiæ in verbo vaſſali dicit morientem non eſſe ſanctum Ioannem Baptiſtam, & quod ſi dictum morientis probaret eſſe teſtis in cauſa propria.Quod utique a iure eſt prohibitum,quod tamen diſtingue ut per Blanc. in. d.l. fi.nu.393.394. Mar. in ſingu. ſuis. n.22.fol.4.incip. confeſſio offenſi. Sed facit vilem præſumptionem & talis aſſertio non facit inditiũ.ita Ang.in l.mĩ. C.de calum.Alex.conſ.14.in.3.vol. Gramm.conſ. 42. nu. 7.& Bal.in c. literas de præſump. vbi dicit, ꝙ quandoque

doque mouens mentitur.

15 † Contumacia an faciat inditium ad torturam contra contumacem. dic ut per Bald. in. l. 1. in. 11. col. C. de hære. inſti. Franciſcus Brun. in tracta. ſuo de inditiis, in. 35. col. in prin. in uer. addo alium, Marſi. in ſingu. ſuis, 117. inci. ad torturam &c. Idem in. l. de vno quoque. 38. col. in fi. de re iudi. & in. §. diligenter, nu 136. in ſua pract. Car. fol. 27. nu. 114. dicit quod ſola contumacia non facit quem culpabilem abſque alis

16 inditiis. † Sed eſt ſufficiens inditium ad quæſtionem habendam concurrente banno ultra contumaciam, alleg Bald. in. l. 1. C. de hæred. inſtitu. quod dic ut latius per Care. in nu. 114. & Blan. in. l. fin. de queſtio. nu. 272. ſing. Bald. in capitu. 1. §. iniuria, uer. quæro utrum valeat ſtatutũ, de pace iura. fir. ubi dicit, quod ex ſola contumacia, poteſt ad mortem quis damnari, ut ibi quod not. Et Barto. in. l. diuus, nu. 4. il ſecundo. ff. de cuſto. reo.

17 † Famoſitas delinquentis, an faciat inditium. Car in ſua pra. capitu. 1. nu. 148. tenet quod ſic. ſed nullam rationem aſſignat. Tu uero. Dic quod infamia delinquentis tam iuris, quam facti facit reputari infamem uilem perſonam. Et quando uita & ſtatus alicuius legibus & moribus eſt reprobatus. tunc facillime poteſt reus diffamatus detineri, & torqueri, ut Grã mat. in uoto 3. nu. 27. & 28. & uoto. 3. nu. 37. nec poteſt formari inquiſitio contra aliquem de aliquo crimine, niſi pręcedat diffamatio. Secundum communes Doct. opiniones. in. capitu. qualiter & quando. &. cap. inquiſitionis de accuſat. Ange. in. l. ſi uacantia. C. de bonis uacantibus. Bar. in. l. de minore. §. tormenta. nu. 15. ff. de quæſtion. & Bal. in. l. caſsius, de Senat. Alex. conſi. 179. 2. uolu. Cœpo. conſi. 17. Gramm. conſi. 34. nu. 6. Anch. conſi. 189. unde ſi contra aliquem præcedat diffamatio pro furto, homicidio, uel aliquo alio delicto poteritis detineri & ad quæſtionem poni, pro illa imputatione, pro qua detentus

fuit,

ſuit diffamatione tamen pręcedente. iuribus pręditis, quæ quidem infamia quatuor producit effectus ſecundum Barto.& Bald. primo. quia repellit infamem a quacunque dignitate, ut Bart.in.d.l.caſsius. Cœp.conſil.57.nu.7. alleg.l.relegatorũ.ff. de inter. & releg.Bar.in.l.eadem.§. hac.l.nu.3.ff.ad.l.Iul.re per.canno.in regula.infamibus,de reg.iur.in.6. Secundo attenuat teſtimonium Bal.in.l.cunctos populos.C.de ſumma trini.Bart.in.d.l.caſsius.Mars.in. §.aggredior.numer.66.in ſua.pra.cri.tertio repellit a quærella, ut Barto. in. l. qui accuſare. numer.6. ff. de accuſat.cyn.& Salyc. in.l. ſi magnum.c. qui accuſ.poſ. & in tract.meo ad deſten.c. 37.numer.2. Quarto quærelam inducit,ut.l. fratres.C. de inoſ. teſtam.

18 † confeſſio ſocii criminis an faciat inditium contra ſocium eiuſdem criminis dic ꝙ non,ut per Gand. in rub.de quęſtio.3. col.nu.16.Bart.in.l.1.§. ſi ſeruus,& in.l.reperi.§.1.ff.de quæſtio. Ange.in glo.fama publica.uer.quæro an particeps & in. 10. quęſt. in tract.maleficiorum nu.31.Saly.& Bal.in.l.fi. C. de accuſ.Marſi.in.§.diligẽter,nu.60. Car.16.ver.vlterius quero an ſocius criminis.Fulgo.conſil.71.cepo.cõſi.31.Roma.in conſil.154. Deci.in cõſil.234. nu. 2. Paris de puteo in verbo tortura lo tertio in ver.an ſtetur dicto torti.ex quorũ omniũ dictis concluditur,ꝙ cõfeſſio,& dictũ ſocii criminis non facit inditiũ,ad torturã, & minus poteſt contra eũ formari inquiſitio Deci. conſ.189.num.7.& ita communiter per docto.tenetur ut latiſſime per Mars.in dicta ſua practica.§.diligenter.nu.59.fol.15.ut ibi per eum,Ang.in tract.maleficiorũ in ver.fama publica præcedẽte.nu.31.fol.37.ibi quæro.nu.particeps.criminis. Alex.conſ.12.n.16.vol.4.cõrr. Reſiſtentia ne malefactor capiatur a familia poteſtatis an faciat inditiũ talis reſiſtentia, dic ut per Care. in ſua pract. fol.33.nume.1. Marſi. in.l.1. ff. de ſicca. nu. 78. &

nu.

num.25.Ioan.de amicis in conſil.134.paris de put. in ſuo tract.in verbo reliſtentia, Alex. conſil. 35.2. uolu.Cepo conſi.14.nu.4.Felin.in.c. afferte,de præ ſumpt.Gand.in rub.de idiciis ĩ dub.n.19.ver.4.ind. Blanc.in.l. fin.ff.de quæſtio.nu.294.

21 † Deprehenſus in delicto, an faciat inditium ad torquendum,dic ut Panorm.in cap. cum non ab ho mine,uer.ad ſecundum.de iudi. Alex. in conſi.216. num.2.3.& 4. incip.ponderatis.in uol.3.Marſi.in.l. vnius.§. cogniturum. ff. de quæſtionib. numer.84.

22 † dicit quòd fur deprehenſus in flagranti crimine poteſt illico furca ſuſpendi, idem Marſil.in.l.vnica. C.de raptu uirginum,numer. 88. & 89. Dic ns, quod ſi clericus reperiatur in flagranti crimine, quod pater, uel maritus poteſt eum occidere ſine incurſu excommunicationis. alleg. Bald. Angel. & Rapha.cuman.in lege quid ergo.§.ſi hæres.ff. de leg. primo.

24 † Taciturnitas ſocii facit inditium contra ipſum, quando reperitur ſocius mortuus in domo, & non denunciat ex hoc mortem ſocii, & poterit iudex ſe cure ipſum quæſtioni ſubiicere.Ita not.dicit Ludo. Rom.in.l.excipitur, in fi ff.ad ſillani.Paris de put. in tract.ſind.in fol.99.in.2.col. Marſ.in.§. diligenter,nume.150. &.§.expedita,nu.93.in practi.crimi. Care.in ſua practi.fol.34.nu.142. quem omnino vi de Blanc.in.l.fi.ff.de queſt.nu.274.Ange. in ver.fama publica,nu.53.fol.39.Io.And.i.c. ſignificaſti de homi.

25 † Acclamatio facit inditium, vt puta ſi in aliqua domo, uel loco audita fuerit puella, ſeu aliquis de domo acclamans ſuccurrite ſuccurrite, Et uiſus eſt ex prædicta domo exire aliquis cum enſe, uel gladio euaginato in manu & mulier reperiatur ibi uulnerata præſumptio eſt cõtra illum talem exeun

26 tem de dicta domo† put uoluit Nico.de matar.in l.fi.de ꝓbat.Brun.ĩ tract.de ĩditiis.col.17.ver.itẽ po

nit Paris de puteo in tract. maleficiorum, in uerſi. tortura, lo primo in uerbo uiſo de inditiis. Car. in ſua prac.num.136.fol.33.Blanc.in.l.fin.ff.de quæſtio.nu.290.fol.76.Alex. in apoſt.ad Bart.in.l.fi.ff. de quæſtio.in uerbo inquirere.

26 † Frequentatio aſſidua ĩ loco cõmiſſi criminis: An faciat inditium, vt puta ſi reperiatur aliquis mortuus in aliquo loco, & neſcitur a quo fuerit interfectus. An præſumptio inſurgat contra illum, qui in eo loco multum conuerſabatur, tu tene ꝙ ſic, maxime ſi is talis erat malæ uitæ, conditionis, & famæ. vt Bart. in.l.iuſto.ff.de vſucap.in princi.&.l.3.ff.de fur.Mar. ſing.378.incip.Geminatio. ver. & facit etiam Pariſ. de Puth.in tract.ſyndicat.in uer.ſi quis eſt inuentus alle.Bar.in.d.l.3.ff.de fur.ubi tenet, quòd optime ſumitur inditium, contra valde frequentantem viam ĩ delictis, prout et voluit Bal in.l.multum. C. ſi quis alteri, vel ſibi.& in.l.i.C. de ſeruis fugit. Carrer. in ſua pract.nu.140.Alex.conſi.71.nu.2.in conſ.crim. vol.2.cum aliis infinitis.

27 † Sciens, & non prohibens cum potuerit, habet inditium & ſcientiam delicti contra ſe, ut in.l.culpa caret.ff.de reg. iur.capitul. ſicut dignum, de homicidio, Angel.in gloſſ. fama publica, uerſic.quæro an unum inditium in uerb. ſed adde numer. 20.

28 † Nam qui potuit prohibere, & non prohibuit uidetur eſſe particeps delicti, ut late dixi in uerſi.notã dum eſt autem circa finem in fine. Ang.§.iuris præcepta.nu.5.inſtit.de iure nat.gent.de ciuil. Bal.in.l. raptores.nu.2.C.de epiſc.& cler.&.l.i.nu.19.C.vnde vi.Flor.in.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.nu.9.ff.ad l.aquil.& Deci.in.c.i.num.38.39.& 40.de off.deleg. Gand.de præſump.nu.24.

30 † Recipiens malefactorem in domo ſua poſt delictum commiſſum habet inditium cõtra ſe quod fue

31 rit conſcius eiuſdem delicti † niſi fuerit coniunctus cum reo, ſeu malefactore in aliquo affinitatis, gradu,

gradu,ut per Bald.in.l.fin.de offi. proconſu.Marſil. in.l.unica,nu.197.C.de rap.uirg.Fely.in capit.affer te,pen.col.de pręſump.Gand. in rubr.de inditiis indubitatis ſuper tertio inditio, & Bonifa.in rub.de inditiis,Care.in ſua pract.fol.33. nu. 130. Marſi.in.l. unica,nu. 196.C.de raptu uirg. & Luc.de pe.in.l.1. col.3.C.de Nume.& adiutorib. dicunt.quod uiſitatio receptatio & etiam ſimilia inditium faciunt.

32 † Aſſertio mandatarii contra mandantem an faciat inditium,dic ut per Bald.in conſil.97.quinto uolu.Marſi.in.§.diligenrer,nume.37. uerſi.quæro igitur,ubi dicit. Quod dictum mandatarii facit indi-
33 tium contra mandantem, † quo ad inſtructionem non autem quo ad probationem. alleg. Alexand.in conſi.88.incipiente.quoniam omne.quinto uol.Idē Mar.in.l.1.§.ſi quis dicatur.1.colum.de quęſtio.Patris de put.in ſua practica in uer.torṫura lo tertio dicens,quod communis opinio eſt.

34 † Quod dictum mandantis;ſeu mandatarii, non facit inditiū ad torturā niſi aliis concurrentibus,

35 † Petitio ueniæ extra iudicium faciat inditium,uoluit glo.in cap.exhibita.de homici.in fin.quòd non. Abb.Ioan.Andr.Ioan. de anna, & Hoſtien.diſtinguūt.Quod aut quis petit ueniam ſolemniter,& in iudicio, & tunc uidetur fateri delictum, ut dicit text.in.capit. uenerabilis,de electione,aut quis petit ueniam extra iudicium, & tunc non uidetur fateri, & maxime ſi comprehendi poteſt, quod id ex benignitate,& humilitate petatur. Hoc idem uoluit Roma.in.l.1.ff.de oper.noui nuncia.in,2. notabil. Cepo.notabiliter conſil.21.nume.11.Blanc.in.l.fin.de quæſtio.num.308.

36 † Confeſſio extra iudicialis an faciat inditium, uide late Carre.in ſua pract.fol. 29.nu. 121.ubi dicit,quod ſi confeſſio eſt per teſtes & conteſtes comprobata loco,& tempore,tunc talis confitens poteſt torqueri.alleg.Bar.in.l.capite quinto.ff.de adul.Ale.

poſt

poſt Barto.in.l.quoniam. C.de infamib. & in conſ. 133.nu.12.vol.7.Bal.in.l.1.colum.ulti.C.de confeſ. Iaſo in.l.magiſtratibus.ff.de iuriſ. omni.iudi. Marſi.in.§.diligenter,car.16.uer. quæro ulterius,nu.76. an confeſſio,& in.§.examinanda,& in.§.quoniam, in ſua pra.crimi.& in ſing.ſuis. 310.&.594. Bald.in l.clarum.C.de aucto.præſtan.alias ſi talis confeſſio non eſſet certa,& uerisimilis,loco,& tempore nō aliter faceret inditium,quod dic ut late ibi per eum dū modo per duos teſtes ſit comprobata, ut Barto.in.l. fin.C.fam.her.Blan.in.l.fina.nu.206.ff. de quæſtio. Alcia.in.l.fugitiuus.ff.de uerbo.oblig. qui plura dicit,& accumulat.Paris tracta.ſindic.uerſi.tortura ibi quia.nu.15. Fel.in c.at ſi clerici. 4. col.1.uer. utrum autem cum plures de indit.

37 † Cohabitans cum inimico meo habet præſumptionē quod ſit inimicus meus ut Fely.in.c cū oporteat,in quinto nota.de accuſat. & ibi Abb. Gand.in trac.maleficiorū de præſumpt.col.penul. uer.ſecūdū nu.17.Bald.& Saly.in.l.Liberi.C.de inoffi.teſt.Bar. in.l.ſciendum.§.ſi accuſatio.ff.de legat.Blanc.in.l.fi. de quæſtio.nu.163.Bal.in.l.ſi quis.nu.8. C.de teſti.

38 † Mortuus in domo habet inditium contra exiſtētes in ea, ut præſumatur interfectus ab his qui in ea habitant,ut uoluit Dy. in.l.prima.§.ſi quis in uilla. ff.ad ſillanianum,Rom.& Moderni.ibi Paris de pu. in tractatus ſindi : in uerbo mandauit col. 5. uerſi.ſi reperiatur,Ang.de malef.in uer.fama publica,num. 53.uer.quid autem ſi ſunt quinque ioan. and.in.c.ſignificaſti extra de homicidio,Alber.in tracta.ſtatutorum in ſecunda parte quæſtio.174.ubi diſputat ad partes glo.notabilis,in.ca.quieſcamus.42.diſt. & ibi Archi.in c.nolite.11.q.3.Hoſtien.in ſumma in ti.de homicidio.§. qua pœna, uer.ſed nunquid omnes, & Moderni doctores in d.c.ſignificaſti ut ſupra,& Blā. in.l.fin.de quæſt.nu.299.

39 † Trepidatio , uarietas , & inconſtantia & pallor

in

in reo facit inditium ad torturam, ut uoluit Bart. in.l.de minore.§.plurium.ff. de quæſtion. Ange. in tracta.de malefic.uer.fama publica,numer.105.fol. 45. Marſi.in auerolda.§.diligenter,nume. 74. & 98. &.§.quoniam,nu.27.fol.26.Blan. in.l.fina.nu.259. &.263.ff.de quæſtio.& nu.264.Car.in ſua practica. num.119.fol.29.& dixi ſupra Marſ.in ſing. ſuis nu. 103.fol.10.

40 † Vita imputati bona, & mala facit inditium ut ſingulariter uoluit Barto.in conſil. ſuo.192.incip.d. Paci de burgo.Quem ſequitur.d.Bald.in conſi.131. incip.uiſis in.2.colum.2.uolu.Fely.in.ca.ueniens.5. colum.de teſtib.Alexan.in apoſtilis ad Bart. in.l.fi. de quæſtio.ibi & ſi tu Blan. in ea.l.numer.241.fol. 66.Care.in ſua practica.fol.33.num.128.dicit quod tale inditium cum aliquo ex prædictis eſt ſufficiens ad torturam,alleg.Alexan.in conſi.5.nu.3.conſi.59. nu.8.&.77.nu.2.1.uol.Mars.conſi.44.Gram.conſi. 45.nu.31.& in uoto.3.nu.36.& dixi ſupra.nu.17.

41 † Deploratio in domo alicuius, facit inditium, & præſumptionem ut puta ſi reperiatur homo mortuus in domo alicuius,& uicini dicant per diem ante audiuiſſe in illa domo puerum plorantem, nec de morte illius data ſit iudici notitia ex hoc ſurgit ſufficiens inditium ad torturam, ut dicit Barto. in.l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori. ff.de oper.noui.nunc. Bal.in.c.cum noſtra in fi.de re electi.Car.in ſua practi.nu.146.fol. 34. Paris de puteo in ſuo tract.ſindi. in uer.tortura in fin.uer. ſecundum Dyn. eſſe argumen.nu.8.fol.106.

42 † Repertus prope mortuum cum aliqua arma,uel in loco commiſſi delicti habet ſatis ſufficiens inditium ad torturam cum ſit inditium propinquum maleficio,ut dicit Bar.in.l.fin.uer.ſed quæro in fine. nume.6.ibi,uel captus.ff.de quæſtioni. & ibi doctores Moder.Paris de put.in tracta.ſindi.in uerbo tortura lo ultimo ibi ſi quis eſt inuẽtus, nu.13.fol.106.

Quod

Quod intelligo inditio meo illud procedere quando in uiſione cadaueris clare conſtaret offenſum habere uulnera conuenientia armis aggreſſorum & delinquentis quòd not.

43 Nunc in dubium reuocatur, ſi plures fuerunt in rixa, tamen vnus obiit ex vnico uulnere, quæritur, An oēs uel unus, aut nullus de occiſo teneatur, hoc dubium ē antiquū, & uarii, varia ſenſere. Aliq̄ tenuerūt oēs tēneri, per gl. in, l. ſi in rixa. ff, ad. l. cor, de ſica, Ex quo ſatis apparet oēs cū armis inſultū feciſſe, & ideo animus malus prçſumitur. ut. c. i. de præſumpt. & ſi non oēs vulnerauerunt, ex quo obiit ex vnico vulnere. Attamen omnes tenentur de fauore inſultu, & animatione, ex quo inſultatus redditur timidior, ſecundum Innocen. & Io. And. in. c. continentia de cler, percuſſ, quidam uero propter incertitudinem tenuerunt nullum ex eis de homicidio puniendum, quia licet certum ſit. Vnum fore culpabilem, ex quo ex vulnere illato obiit: attamen quia non apparet, quis ex eis uulnus lætale inflixerit. Ideo arguitur nullum eſſe puniendum, quia ſanctius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem damnare uulg. l. abſentem. ff. de pennis. Dyn. Saly. Cal. & Anch. in conſi, 216. tenuerunt omnes pecunialiter fore condemnandos, ꝑpter deci. §. item ſi plures. l. item mela. ff. ad. l. acq. & per gloſſ. in. l. ſi in rixa. ff. ad. l. cor. de ſicca. ego uero meliores elligendo tenerem, quòd ſi ex armis rixantium appareret quòd unus ex eis haberet arma conuenientia ad vulnus lætale illatum, concurrente infamia percuſſoris, indubitate tenerem illum talem puniendum eſſe pœna. l. cor. de ſiccar. reliquos uero condemnarem pœna pecuniaria, & hanc quçſtionem examinatur per Marſi. in rubr. C. de probat. nu. 418. in ſing. ſuo 217. incip. ter uel quater, & late p Anch. conſ. 216. Alber. in. 3. parte ſtatut. q. 44. num. 4. & 5. Alex. conſi. 15. nu. 4. vol. p. Rom. conſi. 40. Fælynus in. c. ſignificaſti, el 2. col, 3. de homic. Gramm. Deci.

25.nu.6. cum multis aliis.

43 In caſu uero puri homicidii omnino animaduertẽdum eſt, quod interdum occiſus uulneratur ab uno, quandoque a pluribus, & uulnera illata quandoque ſunt mortifera, quandoque non interdum dubitatur. Primo caſu dicendum eſt, quod aut uulneratus de-

44 ceſſit ſine nouo ictu, † & uulnerans ſemper tenetur de occiſo, ut.l.huic.§. ſi ſeruus, l. ſi ex plagiis, in princi.ff.ad.l. acqui.aut uulneratus deceſſit ex nouo ictu, & tunc aut uulnus fuit illatum ab eodem uulnerante, aut ab alio, ſi ab eodem tunc tenetur de uulnerato, & de occiſo.l.illud.§.fi.ff.eo.tit, ſi ab alio maturius eſt occiſus uterque de occiſo tenetur, ut.d.§. fin.eo.tit.

45 † Secundo caſu principali quando certum eſt per relationem peritorum vulnus eſſe non mortiferum tunc vulnerans de vulneribus tantum tenetur, vt.l. qui occidit.§.fi.ff.eo.tit. Grammat. voto. 24. Tertio caſu quando dubitatur, dic aut vulneratus deceſſit ſine nouo ictu tunc ſiue incontinenti ſiue ex interuallo vulneratus moriatur ex vulnere ſemper præſumitur eſſe mortuus, vt.d.§.ſi ſeruus. Gramm. conſi.49. nu.3. & uoto ſupra niſi contrarium probetur, uel de mala cura medici, aut cuſtodia infirmi, vt.l. proinde, in prin. & in.l.ſi ex plagis, in princi.& in.d.l.qui occidit.§.fi.ff.ad.l.aquil.aut ex nouo ictu, & tunc præſumitur uulnus præcedens non fuiſſe mortiferum. Et ideo primus tenetur de vulnerato tantum, ut.l. item mela.§.celſus.ff. eo.ti. & in hoc ſemper eſt ſtandum iudicio medicorum, ut Cepol.conſi.61.nu.17.&.21. fol.69.& de hac materia uide Cepol.in prææalleg.conſi.& per totum tit.ff.ad.l.aquil.& ibi Flor. Gramm. conſil.49.& conſi.2.& uoto.24.

46 † Item quid ſi duo intulerunt uulnera mortalia an quilibet teneri poſſit ut principalis, uel ut præſtans opem dic ut eleganter, per Bald. in.l. non ideo minus, penul.colum.uer.ſed iuxta hoc uenit quæſtio.

G C.de

C.de accuſat.qui dicit quod diuerſis reſpectibus teneri poſſunt,uel reſpectu ſui, ut principalis, uel reſpectu alterius ut pręſtans opem, & idem tenuit Sal ibi.Marſi.in.l. nihil intereſt,nu. 22.ff.ad.l.cor. de ſicc.Quomodo autem puniatur auxilium. & opē pręſtans dic ut ſuperius examinatum fuit per Ang. in.l.i.C.de nili ager. non rump. Anto. de but. Panor.in.c.1.de offi.deleg. Barto.in.l. is qui opem. ff. de fur.docto.in.l.1.C.de rap.uirg.Cep. in conſil.2. incip. ſuper caſu homicidii, in princip.fol.3. Care. in ſua practi. crimi.fol. 84.nu.69. Grammat.conſi. 4.per totum.

47 † Inſuper quæritur ſi vulnus de per ſe non eſt mortale, ſed eſt illatum in corpus ægrotum, an ex hoc tanquam mortale iudicari poſſit dic quod ſic vt per tex.in.l. qua actione. §. ſed ſi quis ægrotum. ff. ad. l. aquil, & maxime quando a medicis peritis deponitur tale uulnus videri aliqualiter mortale ex quo dictum uulnus uidetur acceleraſſe mortem ut doct.Canoni.in.ca.ſignificaſti, il ſecundo extra de homicidio,& Cepol.in dicto conſi.61.in princi.nu. 2.&.3.fol.69.vide conſ.Alex.nu.15.nn.1.& 4.vol.1.

48 † Quid dicendum quando aliquis percuſſit aliquem qui poſtea non incontinenti,ſed ex interuallo deceſſit utrum ex illis vulneribus præſumatur deceſiſſe,an ex alia cauſa,dic ut per gl.in.l.1.C.de emend. ſeruo, quę dicit, qđ ſi uulneratus ſurrexit ex lecto. & deambulauit poſt triduum, quod in dubio non uidetur deceſſiſſe ex dictis uulneribus.Sed doctores concludunt, quod in hoc ſtandum eſſet iudicio Medicorum,ut Cano.in.ca.2. de cleri.percuſſo. Marſi.in.l.fi.n.56.ff.ad.l.Corne. de ſicca.ubi dicit, quod ex diuturnitate temporis offenſus non dicitur deceſſiſſe ex dictis uulneribus maxime in caſu dubio.Grammat.d conſil.2. & 49.nu.10. & voto.24.

49 † Vlterius quæritur ſi aliquis uulneratur & uulnus poteſt ſe habere ad uitam, & ad mortem, &

vlneratus noluit habere medicũ.an tali caſu pcutiẽs ſeu uulnerans de occiſo teneatur dic, quod non ex quo dici poteſt iſtum talem culpa ſua obiiſſe ita notabiliter Bald,in.l.qui occidit.§. fi.ff.ad.l. aquil.idẽ in.l.ſi ab hoſtibus.§.ſi uir,ff.ſolu.matr. Marſi.in.§. & quare,in practi.crimi.nume.18.19.fol.54.& hãc materiam,uide per docto.Moder.in.l.fi.ff.ad. l.cornel.de ſiccar.Hippoly.in dicto.§. & quia in ſua practica.nu. 18. Cepol.latiſſime in conſi.61.per totũ, Soci.conſi.168.Ange.in.l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium.ff.de edil.edict.Gramma uoto,nu.24. nu.11. &.12.& in conſil 2.nu.7.alleg. Bart.in.l. ſi in rixa. ff.ad.l.cornel.de ſiccar.

50 † Pluries a me quæſitum fuit, ſi quis in una iuriſdictione vel ciuitate deliquit, propter quæ non debet corporaliter puniri.Et poſtea captus in alia ciuitate uel loco, multa delicta, uel crimina confeſſus eſt, propter quæ omnino mori deberet, quæritur an in loco capturæ puniri poſſit,de delictis, uel criminibus alibi cõmiſſis,tu abſolute conclude ꝙ non. Ratio,quia delicta in eo loco non ſunt commiſſa,& per conſequens eius iuriſdictio nõ fuit offenſa.uulg. l.3.§.1.ff.de re milit.&.l.ſi cui.§.fi.ff.de accuſat.ratio rationis eſt,quia vbi quis deliquit, ibi puniri debet auct.ut nulli iud.§.ſi quis comprehenſorum. & vbi delictum eſt commiſſum,ibi puniri debet.Bald. conſ.304.nu.2.vol. 2. Dioni.de barig.conſ.36.nume.5.volum.2.conſ.crimin. vbi not. ponit diſtinct. notab.quàm uide.

Vltimo dicendum eſt, illa quæſtio a multis pertractata,videlicet de delicto commiſſo in alieno territorio

51 †per ciuem Tar.An Iudex Tar.poſſit inquirere & ꝓcedere contra ſuum ſubditum de delicto alibi commiſſo. Tu tene partem negatiuam, quòd non, quæ eſt communis, prout Marſil.in. §. conſtante. numero 90. ver. poteſt etiam. Bald.in.l. prima. nume.9.C.de edil.act.Salyce.in.l. ſeruos. numero 10.

C.ad.l.Iul.de ui.Alber.3.par.ſtatuto.q.36.fol.49. doct.in auctẽ.9.in prouincia, vbi de cri. agi oportet.C.Bald.conſi.304.nume.2.uol.2.& conſil.209. num.1.vol.eo.& conſ.313.nu.1.uol.4.ratio, quia vbi delictum eſt commiſſum ibi puniri debet, nec conſideratur unde eſt delinquens, & eo maxime, quando contra delinquentem eſt proceſſum per iudicem loci, in quo crimen eſt commiſſum, quia tunc per iudicem originis nullo modo procedi poteſt, prout conſului in ſcriptis in caſu nob.Tar.hoc anno 1564. & rationes & iura mea ibi uide, quia iudex non poteſt procedere, nec inquirere, quia de delicto eiuſdem hominis, ſæpius quæri non debet.l.licet.§.fin. ff. naut. caup.ſtabul.Ang.de Vbal.conſi.18.nu.5.vol.2.conſi.cri. Inn.in.c.cum dilectus de ellect.Iac.de belui. conſi.3.n.26.Torell.de prato conſi.34.nu.3.Ange. are.conſi.58.nu.6.fol.116.C.C.

DE FORMA CONSTITVENDI reos criminis ad torturæ locum.

DVCTVS ex carceribus Titius ante ſcriptus & conductus ad præſentiam Magnifici & Clariſſimi Domini poteſtatis, & Capitanei Taqui. & ſuorũ aſſeſſornm ad locum torturæ, & interrogatus ſi deliberauit melius dicere ueritatem quam dixerit in præcedenti eius conſtituto.

Reſpondit.

Interrogatus quomodo ſucceſſit caſus mortis q. Sempronii. Reſpondit.

Interrogatus quandiu eſt quod non fuit in uilla Pontiani. Reſpondit.

Et ei dicto cum quibus ſociis ibi acceſſit, & quot erant ac numero. Reſpondit.

Interrogatus quando deceſſit ad d.uillam, ex quo certo loco ueniebat & an ſolus, uel aſſotiatus. Reſpon

Inter-

Interrogatus de armis quibus erat armatus, & maxime quando ipſe conſtitutus acceſſit ad dictam uillam. Reſpondit.

Interrogatus unde habuit prædicta arma. Reſpon.

Interrogatus de ordine in ſimul coadunandi, & in quo loco datus fuit ordo. Reſpondit.

Interrogatus ſi unquam cum aliquo, ſeu aliquibus locutus fuit de maletractando dictum Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus in quo certo loco ſe reperiebat ipſe conſtituto tempore quo uulnera illata fuerunt dicto q. Sempronio. Reſpondit.

Interrogatus ſi eo die ſecuti caſus mortis. q. Sempronii obuiam habuit eundem Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus ſi cum eo locutus fuit, & de quibus rebus & quibus præſentibus. Reſpondit.

Interrogatus de ordine poſito maletractandi præfatum.q.Sempronium. Reſpondit.

Et cum ſua Magnificentia videret ipſum conſtitutum dare verba,& nolle veritatem fateri iuſſit ipſum ad funem duci, ſpoliari,& ligari, & dum ligaretur & antequam eleuaretur fuit,pluries interrogatus ob quam cauſam fuit.q.Sempronius interfectus. & de ordine, & tractatu poſito de eum male tractando. Reſpondit.

Et cum conſtanter nollet veritatem fateri iuſſus fuit ipſum eleuari,& ad ſignū cabaletę ſeu ſaçatæ poni ꝙ poſitus fuit interrogatus de ueritate dicenda. Et quis interfecit Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus quæ arma habebat ipſe cōſtitutus.R n̄dit.

Et cum uerba daret & nollet ueritatem fateri data fuit ſibi cabaleta,qua data fuit eleuatus,&

Interrogatus ubi ſtetit illa nocte in qua ſucceſſit caſus mortis.q.Sempronii. Reſpondit.

Interrogatus in quo loco, ſeu cum quibus dormiuit in dicta nocte. Reſpondit.

Interrogatus ſi ante caſum mortis ſecutæ obuiam habuit Sempronium. Reſpondit.

Et ei dicto, che parole raſonaſti inſieme. Reſpondit.

Interrogatus qui aderant eo tunc. Reſpondit.

Et cum nollet ueritatem fateri datus fuit ſquaſus quo dato cœpit clamare dicendo ò Dio, ò noſtra Donna che uoleuo che diga, & iterum fuit eleuatus. &

Interrogatus quis interfecit Sempronium. Reſpondit.

Interrogatus de ordine, & tractatu ipſum interficiendi. Reſpondit.

Interrogatus in quo loco datus, & poſitus fuit ordo, & cum quibus perſonis. Reſpondit.

Et ei dicto, con che perſone aſtu parla de ſto caſo. Reſpondit.

Interrogatus ad quem finem, & effectum ſe contulit ad uillam pontiani. Reſpondit.

Interrogatus a quanto tempore citra non fuit in dicta uilla. Reſpondit.

Et cum nollet ueritatem fateri datus fuit ſquaſſus quo dato cępit clamare dicendo o Dio, o noſtra Donna che uoleuo che diga. Et cum ſatis per bonum ſpatiū ſtetiſſet apenſus, & ſua Magnificentia uideret nil aliud ab eo haberi poſſe iuſſit ipſum pro nunc plani mode deponi, diſſolui, & ad locum ſuum reponi animo &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an debeat in infinitum ad queſtionem, & torturam procedere.*

2 *Iudex procedere debeat ad torturam cum modeiamine; id eſt, non excedere tres uices.*

3 *Torturę vera diffinitio.*

4 *Ad torturā in quibus caſibus ſit procedendū.*

5 Quę

5 *Quæ perſonę torqueri debeant.*
6 *Quomodo ad quæſtionē & torturam ſit deueniendum.*
7 *Tortura an ſemel uel pluries ſit repetenda.*
8 *Tortus indebite, & de facto, an impediat proceſſum formandum.*
9 *Tortus indebite ſi moriatur, uel debilitetur an iudex teneatur.*
10 *Iudex antequam procedat contra reum in carceribus exiſtentem debet iuris & humanitatis conſiderationem habere.*
11 *Iudex an poßit contra reum ad torturam procedere, ſine inditijs et ſuſpitionib, et argum.*
12 *Iudex an poßit q̄onē reppetere nouis inditijs non præcedentib. contra reū quęſtionatum.*
13 *Iudex ſemper ad torturam, cum caritate & benignitate procedere debet.*
14 *Reus tortus ſi in q̄one purgauit inditia: an nō uis inditijs ſuperueniētibus poßit interim citari ad carceres, & ad torturam poni. nu. 2.*
15 *Iudex lata ſn̄ia abſolutoria, an poßit reum ꝑ nunc ex carceribus relaxare.*
16 *Reus ſi facta compoſitione cum Iudice, et nouis ſuperuenientibus inditijs, an poterit iterum ad torturam poni, & quæſtionari,*
17 *Cōpoſitio cū fiſco facta: an ſuccedat loco pęnę.*
18 *Iudex, abolitione non obſtante: an poterit nouis ſuperuenientibus inditijs prouenire ad uiam, & cognitionem veritatis,*

19 *Iudex an maiorem honorem conſequatur ex abſolutione, quàm ex condemnatione inquiſiti.*

20 *Abſolutoria lata ad fauorem delinquentis, an proſit mandanti.*

ET quia ſæpe numero inaduertenter indocti & inexperti aſſeſſores procedunt ad condemna-
1 tionem reorum† nullis aſſignatis dilationibus ipſis reis, Ideo aduerte quod ſi reus inquiſitus, uel accuſatus petierit copiam inditiorum illis omnino dãda erit & merito audiendi ſunt antequam ad torturã ponantur, ut Cepo. conſi. 69. per totum Marſi. in. l. 1. num. 4. &. l. fin. nu. 7. ff. de qõ. Gramm. uoto. 3. num. 23. quæ quidem inditia etiam ſi ſunt multum urgentia non debet ob id iudex contra reum in infinitum
2 procedere ad quæſtionem, & torturam, † ſed cum aliquo moderamine, ut Par. de put. in ueiſi, an ſtetur dicto torti, n. io quod fieri debet per tres dies, & non ultra Ideſt, per tres uices & qualibet uice reus habere debet tres ſaccatas, uidelicet unam cabaletam, & duos ſquaſſus prout quotidie practicatur, ut Marſil. in. l. repeti. ff. de quæſtio. Blan. in. l. ſi. eo. ti. Ang. in. l. ſi. col. 1. C. de qõ. Bar. in. l. unius. §. reus, nu. 2. ff. eo. ti. Saly. in. l. ſi. C. eo. tit. Gramma. conſi. 21. n. 17. Paul. de caſt. conſi. 197. in ſi. & 195. & ſi reus torquetur ultra 3. uices dicitur immoderata. vt Marſi. conſi. 8. in ſin. Gram. uoto. 6. conſi. 21.
3 † Et ſi uis ſcire quid ſit qõ, ſeu tortura dic ut per Azo. Odof. Gand. in ti. ff. de qõ. & maxime Marſil. in rub. ff. de qõ. & Panor. in c. cum contempl. de reg. iur. ubi dicunt, quod eſt corporis & mentis cruciatus ad eruendam ueritatem repertus. Gramma. conſ. 15. & in quibus caſibus ad ipſam torturam deueniatur, dic, quod in criminibus grauibus, & non leuibus, ut per Franc. Brun. in tract, de indi. in, 3. q. principali, & quæ

quæ dicantur crimina leuia, & quæ grauia dic ut ſupra dixi in principio operis nume.1. Barto. in. l. non ſolum. §. ſi mandato, nume. 7. ff. de iniur. l. leuia. ff. de accuſa. Carer. in ſua pract. nume. 179. fol. 43. & Gan-
5 di. in tit. de queſtio. † Quæ autem perſonæ torqueri poſſunt, dic quod indifferenter omnes, quæ a iure nõ prohibitę reperiuntur, ut per Fran. brun. in tit. de indi. in. 4. q. princ. Bart. & docto. in. l. ex libero, nu. 1. idẽ in. l. unius. §. reus. ff. de quæſtio. Ange. de Are. in tracta. de maleſi. in uer. fama publica. 6. queſtio. nu. 93. fol. 44. Car. in ſua pract. C. nume. 180. fol. 45. Marſi. in ſing. ſuis. 556. Bart. in. l. 1. C. de aduo. diuer. iudi.
6 † Quando autem ad quæſtionem deueniatur, dic poſtquam conſtat delictum eſſe commiſſum, ut in. l. 1. §. illud. ff. ad ſillan. Bal. in. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtib. Bru. in ſuo tracta. de indit. 4. q. uer. Item nota ꝙ nunquam & quando nomen rei eſt receptum inter reos, ut Barto. in. l. is qui reus, in princi. in 3. colum. nume. 3. ff. de iudi. Abb. in c. 1. de mut. pet. Blanc. in. l. fin. nu. 331. fol. 86. idem Brunus in. 2. col. uer. quæro an teſtis, Paris de put. in tract. ſindi. in uer. tortura, lo primo uer. an ſtetur dicto torti ibi a tormentis. Mar. in ſua pra. §. nunc uidendum, nu. 28. Alex. poſt Bar. in. l. 1. ff. de quæſtio. ſed dic melius. vt quis ponatur ad torturam. tria ſunt omnino neceſſaria. primo quòd inditia ſint probata per duos teſtes. ſecundo ꝙ inditia ſint veriſimilia. tertio quod probabiliter concludant ſecundum Bal. conſi. 515. nu. 4. vol. 5.
7 † Et an in tortura reus pluries repeti poteſt dic abũdanter per Barto. & Marſi. in. l. repeti. ff. de quæſtio. & in. l. unius. §. reus. ff. eo. ti. Gand. in tra. de quæſtioni. Bon. in ti. de maleſi. in rub. quæ debẽt præcedere. Ang. in dicto tra. in uer. fama publica, Bal. & Saly. in. l. fin. C. de quæſtio. Car. in ſuo tract. nu. 189. fol. 49. & 50. ubi concluditur ꝙ tortura de iure repeti non poteſt niſi legitimis inditiis, & nouis ſuperuenientibus, & primis urgentioribus, & quæ a primis

inditiis

ſnditiis omnino ſint diuerſa, ut per Marſ.in pra.cr.§. quoniam numer. 9 fol. 26. Et late per Care. in ſua pract.numer.189.uer.ex contrariorum omnium fo. 50. Marſi.in.d.l.repeti, per totam de quæſti.ff. Bald. conſi.78.nu.4.vol.3.

8 † Item quid ſi tortura fuit indebitè lata, & in caſu non permiſſo, ſed de facto, & reus conſtanter negat an impediat proceſſum fiendũ ſuper delicto, dic qđ non prout dicit Paris de put.in tract.ſind.in uer.tortura, quia plerunque in principio nume.2. fol.105, Bald.in. l. milites, & in.l. 1. C. de quęſtion. Alexand.in.l.quæſtionis modũ.ff.de quæſt. Care.in ſua pract.cri.fol.52. nu.199. & qua pœna puniendi ſunt iudices.inferentes torturam indebite, & de facto alicui, Vide Marſi.in.l.quęſtionis modum, in fin.num. 73.ff.de qõ.Car.in ſua practica. crimi.in fol.52.nu. 200, alleg.multa. Marſil.ſing.167.& Gramm.conſi, 1.num.16.&.14.

9 † Item ſi tortus indebite moriatur, uel ſibi brachiũ frangatur, an iudex & aſſeſſores teneantur dic, aut excedunt modum in torquendo, aut non, primo caſu dic quod aut iudex doloſe hoc agit aut culpa, aut caſu. Primo caſu pœna capitali tenetur Bal. in.l. decuriones. C. de quæſti. bru. in tractatu de indi.quæſt.5. n.33. vbi tenet ꝙ iudex excedẽs debet capitaliter puniri Secundo caſu pœna extraordinaria arbitrio iudicantis. Tertio caſu nulla pœna tenetur ex quo dabat operam rei licite, ut per Marſ.in tract.maleficiorum.§.expedita, nume.87.fol.25. uer quæro conſequẽter, Bal.in.l.decuriones.C. de quæſtio et in cõſi. 61.vol.5. & in.l.1.C.de requir.reis. Idẽ.Bal.in rubr. C.de pœna iud.qui male iud.in uer.quæro qualiter, Saly.in.l.2.C. de exhib.reis. Ange. in.l.graccus. C, de adul. Pau.de.caſ.in.l.ſi ut certo.§.nũc uidedũ, ĩ fi. ff.locati, Alex.poſt Bar.in.l.quæſt.modũ.ff.de quęſt. Iudex antequam ad tormenta procedat contra reum

10 † in carceribus exiſtentem debet iuris & huma-

nitatis

nitatis conſiderationē habere,& non facile ad tormē ta procedere, ſi aliqua leuiori uia poteſt obiecti criminis,ueritas reperiri, & debet ſe abſtinere ſicut ab igne,& ſine inditiis ueriſimilibus, probabilibusque nullo modo ad torturam accedere debet,etiam tunc
11 demum cum reus ſuſpectus eſt † & inditia, argumenta,& ſuſpitiones præceſſerint,& talia quòd ſola torquendi confeſſio deeſſe uideatur,ut.l.p.1.&.2.reſponſ.ff.de quæſtio.& non debent quæſtionem repe
12 tere, ſine nouis inditiis † & a primis differentibus ſpecie & ſubſtantia, ut puta prima inditia erant de mala fama,vel inimicus rei, nunc uero examinatur teſtis de uiſu, uel uidit reum cum gladio nudo ſanguinolento,ita Ang.in uer.fama publica, nu. 95. in tract.maleficiorum,ꝙ nota & Saly.in.l.2. ad fin. C. de quæſtio.& G.de Suzza.in ſuo tra.de indict.n.57. uel alia ſimilia inditia a primis omnino differentia, ſeu diſcrepantia, & tunc ſemper procedi debet per
13 iudicem cum caritate † & benignitate, & non cum ſeueritate,niſi in caſibus atrocioribus, & in crimine proditionis,ꝙ not.quia plures in tormentis perimere ſolent ſi exacerbatur.vt.l.aut damna.§.1.ff.de pę. & ob id ſemper cum iuditio rationis Iudex contra reum ꝓcedere debet,& nō cū aſperitate,iur.vulg.

Quero modo ſi reus tortus purgauit inditia contra eum exiſtentia, an nouis inditiis ſuperuenientibus
14 † poſſit de nouo citari ad carceres, & ad torturam poni,tu abſolute conclude quòd ſic,licet Barto.in.l. fina.ff.de quæſtionib.dicat,quòd ſi tortus non reperiebatur culpabilis,ipſe eum abſoluebat quòd equidem periculoſum uidebatur iuditio meo, quia ſtante ſententia abſolutoria non poterat iterum ad carceres uocari, ſed moderni aſſeſſores ad maleficia
15 non proferunt ſententiam abſolutoriam, † ſed bene reum pro nunc relaxant ex carceribus, ex quo purgauit eo tunc inditia contra eum urgētia, & ideo aliis inditiis ſuperuenientibus pōt iterū citari.

&

& eum torqueri,& quæſtionari,prout moderni,in ti
tulo de relaxatione carceratorum.q.3.&.2.uer.ſecũ
do uerò.caſu quando purgauit inditia.

Quæro ulterius,ſi reus ex carceribus relaxetur, facta
compoſitione cum præfecto,ſeu rectore,an ſuperue-
16 nientibus nouis inditiis † poſſit ad torturã poni,
tu diſtingue,aut cõpoſitio eſt facta pro intereſſe. fi-
ſci & priuati, & tunc non poterit amplius ſuper di-
cto crimine,nec fiſcus,nec pars procedere,ratio quia
compoſitio & ſolutio facta fiſco ſuccedit loco pœnæ,
17 † vt Bal.in.l,tranſigere.C.de tranſact,&,l.prima.c.
de abolit.&.c.2.de penn. Mod.in,q.6,de re,carcer.
nu.3.Quæ omnia locum habet in principe, qui con
ceſſit abolitionem criminis,& credo ꝙ erit tutus per
petuo, ſed quando ſuper crimine iam compoſito a
prætore,uel præſide,quæſtio per partem mouetur,ali
qui tenent ꝙ non obſtante abolitione,ſeu compoſi-
tione ex principis reſcripto poterit nouis ſuperue-
18 nientibus inditiis procedi † & ad viam ueritatis
peruenire.vt Moder,in tract,de rela.car.q.vi.nu. 2.
& 3. quòd nota.

Iudex enim in criminalibus debet ſemper inclinare in
mitiorem partem,ſecundum Bal.in.i.C. de probat.
Deci.conſ.175.nu.6.ver.2.præmito.vol.2. Alex.cõſ.
19 15.col.2.ver.ſecundo vol.pri.nã Iudices† maiorem
honorem conſequuntur ex abſolutione in dubiis ca
uſis quàm in condemnatione.ita Grammat.dec.28.
nu.26.Anch.conſi. 24.nu.4. vbi inuehit contra Iu-
dices anhelantes ad condemnationem reorum,cre-
dentes vileſcere in cõſpectu hominũ,quũ ad abſolu-
tionem procedunt contra.l.abſentem.ff.de pen.imo
ſola facti ueritate inſpecta Iudex põt procedere & iu
dicare,ſecundũ id quod Deus eſſet iudicaturus, ꝓut
ſing.Bal.in.l.penul.ver.ſexto quæro.nu.2. C.de iur
delib.& ideo in dubiis tutius eſt iudicare ſecundum
regulam,quã contra,ut Deci.conſ.397.nu. 4. ver.&
ex hiis.& Alex.in.l.i.col.4.ff.ſi quis caut.dicit,ꝙ in
dubiis

dubiis Iudex debet elligere illam uiam, per quam utrique parti conſulatur, & ideo non recedendo a ꝓpoſita materia, dic ꝙ Iudex ſi habet reum in carceribus non debet tam cito ad torturam procedere, quia ſi in tormentis reus aliquid fateretur, illa confeſſio non pręcedentibus inditiis, ſibi modo aliquo nõ noceret. Ita Deci. in conſi. 79. nu. 7. & in cap. at ſi clerici. nu. 36. de iudit. Anch. conſ. 24. nu. 4. & Grã. deciſ. 34. nu. 36. dicentis confeſſionem in tormentis factã reuocari poſſe, dummodo reus aliquid ſe offerat probare, quod tendat ad demonſtrandum ueritatem ſuę innocentiæ, & ita communiter tenent doct.

Dyn. antiq. doct. in regula ratihabitio. extra de re. iur.
20 in. vi. diſputat hanc. q. an ſnia † abſolutoria lata pro delinquente proſit mandanti. & demum concludi, ꝙ ſi eſt lata ex eo, ꝙ nõ deliquit. Tunc ꝓdeſt, ꝙ ſecus eſt. ſi commiſit delictum Mod. doc. in. c. pro humani de hom. in. vi. cum gl. in uer. mãdauerit. tenent ꝙ ex ſolo mandato quis teneatur extraordinarie, ut. l. i. ff. de extraord. cri. & reſpond. ad. d. c. pro humani, ꝙ ibi ſit ſpeciale in aſſaſſino, quo regula eſt in contrariũ. Nam ſi mandatum fuit, delictum committi, & commiſſum non fuit, ergo mãdans puniri non debet; nec obſtat. d. l. i. ff. de extraord. cri. quia ibi loquitur in mandante adulterium, ac ſtuprum, quæ delicta ob eius frequentiam in plus punitur mandans, quàm aliter, prout etiam in crimine furti, nam mandans furtum fieri non punitur, niſi furtum ſubſequatur, vt. l. ſi is qui rem. §. ſi tu titium. ff. de fur. & ita tenet Bertrand. conſi. 316. vol. 2. & conſi. 169. 3. vol. Bald. conſi. 429. vol. 3. idem conſi. 384. ſtatuto. & eſt notab. conſ. vol. 6. & Io. de Ligna. conſi. 20. in primo thoma. conſi. cri. & col. Bonon. in conſi. 41. nu. 8. in primo thom. c. c.

PRO HOMICIDIO CAſuali inquiſitio.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis, quę fit per Magnifi. Domi. Poteſtatem, & Capitaneum Rodigii, contra magiſtrum Stephanū Plazonem grammatices profeſſorem.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica pręcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a ueridicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius ad aures, & notitiam prælibati Clariſs. domini poteſtatis, etiam per modum notorii auditu ꝑuenit, quod die Iouis. 11. iulii inquiſitus ipſe dum poſt meridiem deambularet in ludo literario, & circumſpiceret Antonium filium Ioannis de Carauagio ludentem in gymnaſio cum condiſcipulis ſuis; uolens, & intendēs more ſolito eū diſciplinare accepta corrigia, qua cingi ſolebat cępit eūdem afficere quamplurimis percuſſionibus, cumque eum ſic verberibus afficeret cultellus exiſtens in uagina, quem cingulo apenſum tenebat, & ex eo pendebat collapſus ad uiam capitis præfacti Antonii eum acriter uulnerauit cum inciſione carnis, & ſanguinis effuſione; ex quo quidem uulnere habita per peritos ſuper eo diligenti medela inde ad dies uiginti mortuus fuit, & eſt. committendo prædicta omnia culpa, incuria, negligentia & inconſiderate contra Deum, ius & iuſtitiam, & in vilipendium regiminis contra bonos mores, & pernitiem animæ ſuę.

Super quibus omnibus, & ſingulis annexis, & connexis dependentibus, & emergentibus idem Clariſſi. Dominus poteſtas procedere intendit, &c.

ALIA

ALIA PRO SIMILI CASV.

Hæc eſt quædam inquiſitió, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum Dominum poteſtatem, & Capi. Taruiſii contra & aduerſus.

Sempronium filium Ioannis de Vegla.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente nõ quidem a maleuolis, ſed a ueridicis, & ſi de dignis perſonis non tantum ſemel, ſed ſæpe, ac ſæpius etiã per modum notorii ad aures prelibari Magni. Domi. Poteſtatis &c. auditu peruenit. Quod dum ſempronius inquiſitus in die veneris. 20. menſis Iulii proxime exacti ſe conferre vellet ad villam Pontiani cum nonnullis ſuis attinentibus, & amicis ſolatii cauſa perueniſſetque ad loca fullonum non parum longe a ciuitate Tauiſii equus ſuper quo aſcenderat idem Sempronius præter ipſius voluntatem cœpit ſaltibus laſciuire; qui ut fræno eum comprimeret, uim fræno (ut moris eſt) intulit & calcaribus equũ ipſum ſtimulauit frenoq; ipſo illico fracto, equus ipſe in curſum raptus eſt, cumq; ita ſic equus incurſu eſſet Iacobum filium Antonii de Giadra puerũ annorum decem ex obliquo venientem obuiam habuit, & illum calcibus percuſſit, & abiecto non multum longe ceſſore ſe in fugam dedit, qui quidem Iacobus domum illico delatus inde ad paucos dies obiit, Committendo prędicta incuria culpa, & negligentia contra Deum, ius & iuſtitiam, et in uilipendium regiminis contra formam iuris, & ſtatutorum &c.

Super quibus omnibus & ſingulis, &c.

Pro

Pro caſuali caſu Summarium.

1 Homicidium caſu commiſſum an de iure ciuili ſit punibile.

2 Homicidium caſu commiſſum ab aliquo accla mante caue, caue an ſit punibile.

3 Homicidium caſu commiſſum ab aliquo dante operã rei illicitæ an de iure canonico ſit pu nibile.

4 Homicidium caſuale commiſſum ab aliquo dã te operam rei licitæ an de iure canonico ſit punibile.

5 Homicidium caſuale cõmiſſum ab aliquo qui adhibuit eam diligentiam, quam quilibet vir adhibere ſolitus eſt an ſit punibile.

6 Homicidiũ caſuale culpa præcedente comiſs. an pœna mortis punibile ſit.

7 Si curſu equi puer occidatur an currens tenea tur pœna capitali.

8 Currens cum equo in loco deputato, & doloſe occidens an pœna capitali ſit feriendus.

9 Currens cum equo nec potens eum retinere ſciens vitium equi & occidens hominem qua pœna puniendus ſit.

10 Homicidium caſuale culpa cõmiſſum qua pœ na puniri debet.

11 Homicidium caſuale qualiter puniatur iure ciuili, & canonico.

12 Conci-

12 *Concitans canem ut mordeat tranſeuntes, & morſicatus interimat qua pœna puniri debeat.*

13 *Canem ducens per locum publicum & morſicans hominem, an puniri debeat.*

14 *Proiiciens lapides in canem tranſeuntē ut mordeat & percutiens aliquem an puniendus ſit.*

15 *Medicus perperam medicans uulneratum qua pœna puniri debeat.*

16 *Culpa lata an dolo equiparetur.*

17 *Caſus fortuitus, & improuiſus quomodo inter ſe differant.*

1 † SI quæratur de iure ciuili, an homicidium caſu cōmiſſum ſit punibile, an ne. dic quod ſi culpa caſum non præcedit, non eſt punibile. Vtputa ſi ex extrahens ſagittam, aut exonerans arcubuſium, ut feram ſeu anſerem percutiat in nemore, ſeu in uallibus, & hominem occidat, non punitur aliqua pena in foro contentioſo, ut. l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pęnis. l. abſentem in fine eod. titu. & l. ſi putator in fin. ff. ad. l. aquiliam. Nam ſi quis in ſylua proiecerit ramum & hominem occiderit, uel quid aliud ex loco, con-
2 uerſabili, & acclamauerit. † caue. caue: tunc non tenetur. capitul. ex literis, il ſecundo, & in. capitul. la
3 tor de homici. de iure uero canonico † eſt diſtinguendum hoc modo uidelicet aut exonerans arcobuſium, dabat operam rei illicitę, & tunc ſiue adhibuit diligētiam, quam quilibet uir prudens adhibere ſolitus eſt, ſiue non omni caſu tenetur de caſuali homicidio, ut in capit. continebatur de homici.

4 † aut dabat operam exonerans arcobuſium rei li-

citæ.& tunc aut adhibuit eam diligentiam, quam qui-
5 libet uir prudens adhibere ſolitus eſt, † & tunc non
tenetur quia nec ex uolũtate nec propoſito, homicidiũ
commiſit ut in.capitu.lator, capitu. Ioannes. capitu.ad
audientiam, capitu.dilectus, &, capitu.ex literis cum ſe
quentibus de homicidio. aut exonerans nullam adhi-
buit diligentiam.& tunc tenetur, ut in.capitu. contine
batur, &, capitu . ad audientiam ſupra de homicidio
Gand.in rub.de homicidio, col, 4. uer. ſed quid dice-
mus nos de maleficio caſu commiſſo, & ſic concludi-
6 tur quod quando † datur opera rei licitæ in aliquo exer
citio, & ſequatur homicidium non licet eum occide-
re, ut per Marſil, in conſil, 115. in fine, in cauſuali
vero homicidio, ita per doctores diſtinguitur, aut
culpa præcedit caſum, & tunc punitur non pœna
mortis, ſed alia minori pœna arbitrio iudicantis, ut
per Bart. in.l. reſpiciendum, §, delinquunt.ff. de pœn,
Saly.in.l,1, C, de ſicca. plene per Ang. in glo. ſcien-
ter, & doloſe, & in.l.1.in fine.§, diuus, de ſiccar, Et
quis dicatur eſſe in culpa uide ſing. Parid, de put. in
tract; ſind, ver.an ſi plures, nume. 78. Et ideo ſi curſu
7 equi puer occidatur, † ut in caſu præſentium inquiſi-
tionum, ſedens, aut currens non tenetur pœna capi-
tali, ſed mitiori pœna prout uoluit Saly, in. l. non
ideo minus, uer. quæro quinto. C, de accuſat. Bo-
niſa. uero in rub. de inſultu, in fine. nu. 45. diſtin-
guit, aut currit in loco deputato ad currendum, &
tunc aut dolo, & tunc pœna capitali eſt puniendus
8 † aut culpa, & tunc minori pœna, & in culpa dici-
tur eſſe ſi currens non acclamauit caue, caue. Quod
bene nota, quia tibi iuuabit ad multa, ut Flo.in.l.ſi pu
tator, nume, 3.ff.ad.l.aquil.si uero non fuit in culpa ali
9 qua non tenetur. † niſi ſciret uitium equi, quia inne-
frænatus, nam tunc eſſet in aliqua, culpa, & puniretur
pœna leui arbitrio iudicantis pœna pecuniaria vel ad
exilium, vt Barto.in dict.§. delinquunt. & c. lator de
homicid. Si uero currens curreret in aliquo loco non
depu-

deputato,tunc aut doloſe,& tunc pœna capitali,ſi uero non dolo teneretur de culpa, prout in cap. ſignificaſti, m ibi Felyn. de homicidio, Sal.in,l. non ideo minus. C,de accuſa, Bal,in.l.data opera, C. de accuſa. Floria. in.l,ſi putator.§,ſi nauis.ff.ad,l.aquil,Cepo,in ſuis cau telis.2.3.& 4.Paul.de caſt.in.l.1. C. ubi ſenatores uel
10 claris,& qualiter delictum caſuale commiſſum puniatur,dic ut late per Marſi.in conſi.65. & in conſi.91.& in.l.eum qui.C.de ſicca. & Cœpoi.in conſi. 30. & 31. Deci,conſi.482.num.9.& Ang.conſi.27. & per Bonif. in titu.quid ſit accuſatio.5. colum. Felyn.in cap. fina. de homicidio,& late Salyce.in.l.1.C, de ſicca. & plene per Care.in ſua practi,fol 74.§.circa,nume.6.7.& fol. 173.numer.106. ubi multa.conſil.222. Bald.5. uolum.
12 nume.1. Deci. in conſil.9.in culpa autem † eſſe dicitur ſi quis canem concitauerit, ut mordeat tranſeuntes,& morſicatus obierit ſi dolo fecit pœna capitali tenetur, ſed ſi euenit, quia canem retinere non poterat. vel quia non debuit ducere canem ipſum per locum
13 publicum † tenetur mitiori pœna arbitrio tamen iudicantis, ut per Flo,& Ange.in.l.1.§.ſi canis.ff,ſi qua. paup. feciſ. dicatur. Saly.in.l.non ideo. minus.5. col. C.de accuſ. Et ideo ſi aliquis proiiciat lapidem, ut per cutiat canem ne ipſum mordeat, & percutiat alium
14 tranſirantem,& occidat tenetur de culpa tantum † ratio quia non habet animum occidendi, ut conſuluit Signo,de homo.conſi.27. Iaſ.in.l. in actionibus. ff. de in litem iuran. ſed melior eſt text, in. l. ſcientiam. §. qui cum aliter.ff.ad.l.aquil.late Decius in.l.ut nim.ff. de iuſti,& iur. Ancha.in conſi.348, vbi congruitas loci culpam excludit.num,3,in fi.
15 † Idem eſt dicendum de medico perperam, & male medicamenta adhibente,ne infirmus moriatur, ut in.l.qua actione in fin. cum.l.ſequenti.ff.ad.l.aquil.& in.l.imperitia culpę, ubi Decius. ff.de regu. iur. quod limita, ut ibi per eum. Et de homicidiis caſu commiſſis, ſeu culpa late proſequere, ut per Carre. in ſua

pract.in.§.circa,num.7.8.&.9. uſque in finem.fol.74. Gram.conſil.5.nu.8.Marſi.conſi.247 cepo.conſi.33. Anch.conſi.282.Gram.uoto.29.nu.4.& quid ſit culpa
16 lata,† & an dolo equiparetur uide Cep.conſi.36.num. 6.& conſi.37.nu.11.Bart.in.l. quod nerua, nume.8.ff. de depoſi.Iaſ.in.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum,nume.31. ff.ſi quis cauti. fol.133.Idem. Iaſ.in.l.a diuo. §.ſi poſt additum.num.7.fol.152.ff.de re iudi.Et aduerte,quod
17 caſus fortuitus,& improuiſus inter ſe differunt†ut dicit Bald.& Mar.in.l.1.in fi.C.ad.l.Corne. de ſicca. & Old.conſi.92.ubi dicit quod caſus fortuitus eſt qui nullo humano iudicio prçuideri poteſt,alleg.l.in rebus,in principio.ff.commo. nam caſus fortuitus nullo modo punitur improuiſus uero pro modo culpç puniri debet uel dic quod caſus fortuitus proprie eſt inopinatæ rei euentus cui humano iuditio prouideri nullo modo poteſt,ubi autem diligentiſſimus precauiſſet & prouidiſſet,non dicitur proprie caſus fortuitus,ut.l.2.§.eo.tempore.ff.de admi.rerum.de quo Alex.in.l.nerua.ff.dep. & in.l.ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.improuiſus dicitur qui ſolet imprudentibus contingere, ſeu euenire, de quo per Bal.in.l.fi.C.de temp. appellat in princi.2. coll. Abb. in.c.1.de commoda. Et Bal.in.l.2.C.de na-
18 ut.fçnor.& hæc obſerua quia alibi non reperies.†et an incendium numeretur inter caſus fortuitus dic ut elle. per Flo.in.l.ſi quis.§.pen.nu.4.uer.circa. ff.ad.l.aquil. Bal.conſi.136. nu.2.uolu.4. & Iaſo.in.l.ſed & ſi quis. §.quæſitum.ff.ſi quis caut.Et in tractatu meo Regularum. in regu.18.incip.ſi Incendium.vbi multa circunſpicies. quod nota.

FORMA

FORMA CONDEMNATIONIS CONTRA DELINquentes.

Stephanum Plazonem Grammaticæ profeſſorem.

CONTRA quem proceſſum fuit, & eſt per nos, & curiam noſtram per inquiſitionem cõtra eum legitime formatam de eo quod præfactus inquiſitus dum die Iouis.11.Iulii poſt meridiem deambularet in ludo literario, & deambulans intueretur Antonium filium Ioan.de Carauagio ludentem in gymnaſio cum diſcipulis ſuis volens, & intendens more ſolito eum diſciplinare accepta, & apprehenſa corrigia, qua cinctus erat, cœpit quamplurimis percutionibus eundem afficere, dumque eum ſic verberibus afficeret, cultelus exiſtens in uagina, quæ cingulo adhærebat collapſus ad uiam capitis eiuſdem Antonii eum acriter uulnerauit, cum inciſione carnis & ſanguinis effuſione, ex quo quidem uulnere, inde ac paucos dies uitam cum morte commutauit, & ut latius in inquiſitione, & proceſſu deſuper formato continetur, citatum, & proclamatum, ac contumacem, quæ contumacia ipſum de prædictis culpabilẽ reddit. Quod prædictus Stephanus ſit bannitus de Taruiſio & agro Taruiſino, ceneta, territorio Ceneteñſi, & per quindecim miliaria ultra confinia per annos quinque, & ſi in aliquo tempore fregerit confinia ſui banni & captus fuerit tunc ſtet clauſus in carceribus per menſes ſex, & ſoluat capienti libras 100. paruorum, & reuertatur ad bannum, quod tunc de nouo incipiat, & hoc, toties quoties in hiis ſcriptis ſententialiter condemnamus, &c.

INQVISITIO CONTRA FVRES.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intēditur per Magnificū & Clariſſi. Domi. poteſtatem Veronæ, necnon per Spe. Iudi. maleficiorum ex eorum & cuiuſque eorum puro, mero, ac ſincero officio poteſtate, authoritate, atque bailia, necnon ad accuſam Sempronii Vicentini contra & aduerſus.

Accurſium de minerbio furem inſignem.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente clamoſa inſinuatione ſic referēte non quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a ueridicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel ſed ſæpe, ac ſæpius ad aures & notitiam prælibati clariſſimi domini poteſtatis eiuſque Sp. domini Iudi. etiam per modum notorii auditu peruenit, quod dum prædictus inquiſitus ſtaret in uilla de Minarbio in domo cuiuſdā D. Gratiæ de Alexiis ſimul cum Donato filio. q. Ioannis Baptiſte de comitibus ceſanę cauſa erudiendi puerum eiuſdem D. Gratiæ ad legendum: cunque in nocte uigiliæ Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Idem inquiſitus fur publicus profectus eſſet ad eccleſiam uillæ prænarratæ cum aliis de eadem domo pro audienda miſſa, & omnibus exiſtētibus in eccleſia prædicta ad miſſam inquiſitus ipſe occulte in principio dictæ miſſæ inde recedens ad domum dictæ D. Gratiæ ſe contulit, hoſtiumq; ingreſſus accepit certum manerinum exiſtentem ſuper uno ſcamno, & extracta capſula illius Donati, toto ſuo poſſe eam extra curtiuum portauit in certis campis non parum longe ab ipſo curtiuo, & ibi cum dicto manarino, quem præ manibus habebat capſulam ipſam ui aperuit, & ex ea furto ſubtraxit unam crumenam de tela nigra in qua

aderant

aderant ſcuti nigintiquinque,& multa bona mobilia ui delicet, quæ omnia ſupra dicta bona, & pecunia de loco ad locum aſportauit: contractauit, & in uſum proprium conuertit, ad non modicum damnum,& præiudicium dicti Donati, qui quidem inquiſitus tanquam fur manifeſtus a certis ruſticis de Minerbio deprehenſus in carceribus noſtris detruſus fuit, qui cum de plano conſtitueretur omnia confeſſus fuit, & eſt;committendo prædicta ſcienter,doloſe,apenſate,contra Deum, ius & iuſticiam,& contra mentem,ſcientiam, & uoluntatem prædicti Donati patroni rerum, ut ſupra ablatarum in perniciem animæ ſuæ, & inuilipendium regiminis.

Super quibus omnibus, & ſingulis annexis,&c.

ALIA INQVISITIO CONTRA FVRES.

Hęc eſt quædam inquiſitio, quæ fit &c.

IN eo,de eo, &c. Quod dum prædicti inquiſiti tanquam fures uagabundi in nocte diei ſabbati.18. Februarii proxime exacti ſe contuliſſent in contrata ſancti Firmi Veronæ ad domum Galeazzi de Cerubinis in itinere dixit erga præſactum B. tu ſtarai qui lontan per un pocheto a lerta, perche uoglio andar in caſa di Galiazzo, & ſi tu uedi quelli da Rauenna ſubia, & ſic idem aperta porta domo prędicti Galeazi ex quodam mezzato furto ſubtraxit unum rubonem de ſerico,& unam ueſtem ueluti nigri a muliere: dicendo erga dictum B. pota della noſtra donna non ha dinari, ho tolto queſto, non credo che Galeazzo eſſendo mio amico per queſto mi facci impiccar. Quem rubonem idem A. uendidit Marco Hoſpiti exiſtenti ſuper curſu pro ducatis 12. & ueſtem uero uendidit cuidam Hebræo pro ducatis 15. & non contenti præfacti inquiſiti de prędictis in die dominica ſubſequenti 19. eiuſdem

menſis ex ordine inter ſe dato inſimul ſe contulerunt ad Hoſpitium villę Minerbii ad ſumendum, cœnam, ſumptaq; inſimul cœna profecti ſunt circa tres horas noctis in domo domini Accurſi pro furando certam equam baleam ad cuius curtiuum cum perueniſſent. idem A. cum alio ſocio loco, & tempore propalando ingreſſus fuit, & antequam ingrederetur dixit, B. tu ſtarai qui di fora, & noi duoi andaremo dentro in cortiuo per che hauemo prattica del luogo, & delli cani, & ſe ti pareſſe, che ſtiamo troppo va all'hoſtaria, & aſpettane li, & ſic idē A. cū alio ſocio, vt ſupra ingreſſus fuit ipſum curtiuū expectāte ſup ſtrata ibi ꝓpe dicto B. & volēs omnino furto ſubtrahere ipſam equā, q̃ ꝓcul dubio ſubtraxiſſet niſi qdā ruſtici acclamare cœpiſſent dicēdo ſu Barba Biaſio, che A. vuol menar via la caualla, & audita ipſa voce oēs p̄dicti īquiſiti ſe ſe in fugā dederūt redducētes ſe ī certo Caſono Thomę, Iacobi cerueliui ī villa p̄dicta, q. a ruſticis dictæ villę depreſi ī carceribus noſtris detruſi fuerūt, & cū de plano cōſtituerentur oīa cōſtāter negauerūt, ſed habiti in qōnib. & tormētis oīa p̄dicta cōfeſſi fuerūt: ac ea oīa cōprobauerūt, & ratificanerūt, cōmittētes p̄dicta furta ſciēter doloſe, appēſate, & ex propoſito contra Deum ius, & iuſtitiā contra mentem, & intentionem præfacti Galeazzi, & in perniciem animarum ſuarum, & in uilipendium iuſtitiæ.

Super quibus omnibus, & ſingulis annexis connexis. idem Clariſs. D. poteſtas &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Furtum quomodo diffiniatur. et quotuplex committatur.*

2 *Furtum tribus legibus, & tribus modis puniri debet.*

3 *Viſus exire tẽpore noctis ex aliqua domo in qua furtum eſt commiſſum an habeat inditium contra ſe.*

4 *Suſpectus iudicatur ſemp̄ qui nocturno tempore operatur.*

5 *Repertus penes aliquam domum animo furandi licet non furetur quomodo puniri debeat.*

6 *Viſus exire domum cum fardello ſub capa an habeat præſumptionem furti contra ſe.*

7 *Exiens domum cum aliqua re ſub veſte an ſit ſufficiens inditium ad torturam.*

8 *Res furtiua reperta penes aliquem an is pro fure iudicandus ſit.*

9 *Res furtiua reperta penes hominem bonæ conditionis, & famæ an pro furto imputari poſſit.*

10 *Aſſidua frequẽtatio facta per aliquos in aliquã domo in qua bona ſint furto ſubtracta an faciat inditium.*

11 *Qui hodie vnam rem, et cras aliam furetur an is talis ax lege ſuſpendi poſſit.*

12 *Si quibus mihi rem aliquam furto ſubtraxerit. An equalẽtẽ rẽ retinere ſalua cõſciẽtia potero.*

13 *Fura-*

13 Furari an licitũ ſit, propter neceßitatẽ famis.

14 Furtum an probetur per acclamationem factã in domo tempore noctis, uicinis audientibus dicere ſuccurrite ſuccurrite.

15 Fur nocturnus: an, vel quando poſſet impune interfici.

16 Conſuetudo furandi an facit inditium.

17 Malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.

18 Fuga famuli ex domo in qua res eſt ſubtracta an faciat inditium contra ſe.

19 Famulorum natura ſemper eſt furari.

20 Expendens multam pecuniam in non ſolito, an habeat inditium contra ſe.

21 Mercatores expendentes abundanter pecunias an contra illos oriatur mala pręſumptio.

22 Forma pedis furãtis in terra humida an habeatur pro inditio.

23 Iudex non debet procedere ad quæſtionẽ ex furore animi, ſed cum moderamine rationis.

24 Scala ante feneſtras domus in qua furtum eſt factum, & uiſa in domo alicuius an contra illum talem oriatur præſumptio.

25 Vicini quando in uicinia res ſunt ſubtractæ, an contra illos oriatur præſumptio.

26 Vicini mali quando in vicinia furtum eſt commiſſum, an poßint torqueri.

27 Cuſtos alicuius rei, quæ per aliquem furto ſubtractæ ſint an torqueri poßit, ut furẽ indicet.

28 Famuli

28 *Famuli hoſpitum, & nautarum quando bona ſunt ſubtracta an ex.l.torqueri poßint.*

29 *Zuntatores an acrius ſint puniendi quam fures.*

30 *Piratæ an poſſunt furca ſuſpendi in loco in quo furium commiſerunt.*

31 *Denuntiatio offitialis, an faciat inditium.*

1 FVRTVM eſt contractatio fraudulofa rei alienæ inuito dominn † animo lucrandi facta tex.eſt in.l. 1.§.fi. ff. de fur. inſti.de obli. quæ ex quaſi delicto naſcuntur.§. furtum cum aliis, quod quidem furtum prohibitum eſt ex.l.diuina,ut in lib.Exodi cap.20.lege
2 communi ac decretis † & ſtatutis ciuitatum, ut uoluit Gand.in rub.de furtis, & latronibus, nume.9.& 10.dicens,quod fur punitur tribus legibus, & tribus modis prout late ibi per eum,& Care. in ſua practica cri. fol. 19.nume.96.Aret.in.c.cum non ab homine extra de iudi. Fely.in.c.qualiter & quando, il ſecundo.§.ad corrig.de accu.& quotuplex furtum committatur uide Iaſo.in.l.rem quæ nobis nume.4.ff.de acqui.poſſ. & quia plurima ſunt inditia, quæ oriuntur ex diuerſis præſumptionibus,& ſuſpitionibus concurrentibus prout etiam in maleficio,& homicidio,ideo particulariter de ſingulis inferius ſubnectemus.
3 Viſus exire tempore noctis ex domo † in qua furtum eſt commiſſum habet præſumptionem,& inditium contra ſe cum lex male ſemper præſumat contra operantem,& agentem de nocte, ut eſt glo. in.l. furem.ff.de
4 ſiccar. Et ob id, quicquid † operatur de nocte ſemper eſt ſuſpectum, & habet inditium, & præſumptionem male agendi, ut.l.fi.ff.de fracto. & expi. Bal. eleganter conſi.427. incip. quædam mulier in fine,in quinto uolu. ubi dicit quod perambulantes de nocte ad loca ſuſpecta, & cum perſonis ſuſpectis habet præſumptionem contra ſe. Quæ probatio in caſu prædicto ſuffi-

ciens erit per ſigna, præſumptiones & argumenta, quia in his, quæ ſunt difficilis probationis lex contentatur omni probatione etiam per coniecturas. ſigna & præſumptiones, ut Barto. in. l. in illa ſtipulatione in fine, num. 10. ff. de verb. oblig. Bal. in. l. quicunque. C. de ſeruis fug. Bart. in. l. ſiquidem. C. de diuort. & in l. quotiens. c. de nauf. lib. 11. quia ubi iudex non poteſt habere claras & liquidas probationes ſufficit quod ex fama uel ex uehementi opinione informationem habeat. Grammat. conſil. 17. num. 15. Paul. de Caſtro, in. l. admonendi. ff. de iure iur. Ange. & Iaſ. in. l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. penul. col. ff. de edendo. Fœd. de ſenis, conſ. 118. Paul. de caſt. conſi. 268. & conſi. 326. Alex. conſ. 64. 1. volu. & conſi. 23. in. 5. volu. Ange. conſi. 218. Bald. ſing. in. capit. 1. §. vaſſallus. ſi de feud. fuerit contro. inter domin. Inn. in capitu. veniens, de verbo. ſigni. Bald. in auct. quas actiones in vlti. col. C. de ſacro. ſanct. eccleſi. & ideo à talibus de nocte frequentantibus domos alienas quæſtiones neceſſariæ ſunt, vt l. dolum. C. de dolo, Blanc. in. l. fina. num. 419. de quæſtioni. Gramma. conſi. 17. num. 4. & . 5. Bald. in.
5 l. 3. C. de epiſcopa. audienti. † Et ideo ſi quis fuerit repertus penes aliquam domum animo furandi, non tamen fuerit furatus qualiter puniri debeat, dic extra ordinem puniri debet, ut per Barto. in. l. ſacularii, num. 2. ff. de extraordi. crimi. Iaſ. in. l. poſſideri. §. ſi rem, num. 2. ff. de acquir. poſ. Alexan. conſi. 3. in. 1. col. 5. volu. Marſil. in. l. de minore, num. 20. ff. de quæſtion. fol. 37. Bal. in. l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cle. nume. 4. Iaſ. in. l. poſſideri. §. ſi rem, nume. 2. ff. de acqui. poſſeſ. fol. 79. Alberi. in tract. ſta. in. q. 147. par. 2. incip. in. l. quæro. 3. q. fol. 36.

Viſus exire domum cum fardello ſub ueſte, & hoc per
6 duos teſtes comprobatum fuerit † habet inditium contra ſe, quod res deficientes in domo, ex qua ille

talis

talis exiuit, & quæ dicebantur furatæ, & inde ſubtractæ fuerint, vt voluit Ange. in l. 2. C. de quæſtio. Et ta
7 lis præſumptio eſt ſignum habile ad torturam † cum ſit inditium propinquum delicto prout dicit elegan. Hippo. in ſing. ſuis mihi. 392. ver. aduerte ad vnum, & late per eum in. l. qui falſam, in col. 14. & 15. ff. de falſis. idem Sal. in. l. fi. in ulti. col. C. de qõ. Alex. in conſ. 205. incip. ponderatis in. 2. col. in. 6. volu. Par. de put. in tractat. ſind. in. 96. car. in. 2. col. ver. ſi quis eſt inuentus, circa fi. Bal. & Immo. in. l. fi. ff. de hæredi. inſti. concurrente mala fama.

Res furtiua ſi reperiatur penes aliquem habet ſuſpitio-
8 nem, & inditium illum talem eſſe furem, vt. l. in ciuilem, & l. ciuile, & ibi Saly. C. de furt. Bar. in. l. fina. ff. de quæſtion. Quod intellige prædicta ſi ille talis non eſt perſona grauis, ſed leuis, ſecundum opinio. Bald. & Saly. Grammat. conſil. 14. num. 3. niſi habens rem furtiuam penes ſe oſtenderit illico a quo ipſe habuerit, ut dicunt doctores Mod. in legibus præalleg. ita quod ſi is talis inuentus fuerit cum re furata, nec docuerit unde eam habuerit habet inditium furti contra ſe, ut torqueri poterit, quod tamen diſtinguendum eſt, vt dicit Saly. in. l fin. C. de quæſtioni. Ange. in. l. ancillæ. Gram. conſi. 14. 1. C. de fur. Alex. in conſ. 205. incipien. põderatis. 2. col. in. 6. uol. † Quod
9 tamen non habet locum prædicta in homine bonæ conditionis vitæ, & famæ prout dicit Saly. in. d. l. fin. C. de quæſtion. vbi dat exemplum de ſtrazarolis Bononienſibus late Marſi. in ſingu. ſuis. 392. uerſi. aduerte ad vnum glo. ſing. in. l. in ciuile, in verſi. incidatis. C. de furtis.

Viæ frequentatio, vtputa ſiquis viſus fuerit per plures
10 vices frequentare per aliqua loca † ſeu contratas, & ibi in aliqua domo res aliquæ ſubtractæ appareant præſumptio eſt contra iſtum talem frequentantem, vt voluit Bal. in. l. apud antiquos. C. de fur. in fine vbi
11 dicit † quod ſi quis hodie fuerit furatus unam rem

&

& cras aliam, quod propter reiterationem, & frequentationem iſte talis poterit furca ſuſpendi, & idem Bal, in auđen. nouo iure. C. de ſer. fugi. & Marſi. in ſingu. ſuis. 378. ubi dicit, quod conſuetus litigare poteſt repelli a teſtimonio & aſſiduos litigantes componere ad pacem. Barb. conſil. 242. uol. & in. c. quia ſuſpectos, tertia quæſtione quarta, alleg. quod conſuetus furari poteſt puniri pœna mortis, & alleg. Parid. de put. in tract. ſind. in, 118. car. in. 2. col. uer. ſi aliquis eſt inuentus, plura accumulans Cep. conſil. 34. nu. 2, Iaſ. in, l. 1. nu. 4. C. de præci. impe. oſte, fol, 42. Bal. conſi, 247, in quinto uol, Gramm. uoto. 17. nu. 12.

12 Quero ſi rem meam mihi ſubtractam aliter habere non poſſum propter potentiam aduerſarii detinentis eandem rem. An liceat furari equiualentem & illam retinere cum bona conſcientia; tu tene q̃ ſic, ſecundum archidia. in, c. non ſane nume. 4, 14. q. 5, & hoc idem tenuit Innocen. in. c. quia plerunque de immu. eccle. flor. in. l. itaque nume. 6. ff. ad l. aquilia. Abb. in. c. 1. nu. 10. de dolo & contu. Iaſ. in. l. prima nume 7. C, de teſta, pala, rui, in repp. rub. de donat, §. 65. nume. 5, & petduen. in reg. 306. in. 7. limit.

13 Inſuper dubitari poteſt an propter neceſſitatem famis licitum ſit furari. tu conclude quòd tẽpore neceſſitatis omnia & ſingula ſunt communia. l. 2. §. cum in ea. ff. ad l. rod, de iactu. in gl. in uer. conferret. & c. paſce. 86. diſtinct. & c. 3. de furt. & tex, cum gloſ. in. c. diſcipulos de conſ. diſt. 5. cano. in, c. 1. de empt. & uend. & Ang. in. d, §. cum in ea ponit an liceat armigeris quando ſunt in bello furari & depredari pro uictu. Bal. in auct. deffuncto. C. ad tertulia. & alibi Bal. in. l. iubemus nullã. C, de ſac. ſanc. eccle, in princ, quòd priuilegium exemptionib. non prodeſt tẽpore magnæ neceſſitatis & eſt tex. in, l. 2. C, de patrib. q. filios, ubi pater propter neceſſitatem famis poteſt filium uendere. Bal. in. l. 1. C. de oper. liber dicit quòd tẽpore neceſſitatis poteſt d: imponere ſubdito pro ſeruitiis perſonalib. ut ſeruiat

alteri

alteri in eiſdem operis. Bal.in.l.penul.C.de boniſque lib. dicit quòd uaſſalus non tenetur ſoluere collectas ſeu angarias domino in caſu neceſſitatis.& deci.in cõſ. 555.diuino nume.12.dicit ꝙ nil durius famæ, & crudelior eſt mors propter famē . q̃ propter bellum uel peſtem all.luc.de pen.l.1.C. de quib. mun.vel preſta. ne lic.ſe excuſ. lib. 10.

14 Reuocari in dubium poteſt; ſi furtum factum fuerit in domo noctis tempore, & ſeruientes in domo acclamauerint ſuccurite ſuccurite, An per tales acclamationes probatum ſit furtum. Tu tene quòd per dittas acclamationes inducuntur inditia, ſecundum Bal.in.l.1. §.potuiſſe.ff.ad ſillan. ubi tenet quòd ex uocibus plorantibus inducuntur inditia,non ſolum in furto, ſed ēt in probando uiolentiã faciendam alicui puellæ uicinis. illam audientibus quòd not.ut dixi. Maxime ſi ſeruiētes eſſent homines bonę conditionis & famæ in contratta domus, ſed non probatur hoc medio furtum, quia multæ fraudes facilime comiti poſſent,ſecundum Bar.in.l.quod ad præſens,C.de murileg. lib.11. & per Gir. in ſing.8, incip. nota quòd in caſib. clandeſtinis.

15 Explorati iuris eſt, quòd fur nocturnus poteſt impune interfici.l.furem, & ibi glo.ff. de ſiccar. & pro ſing. poſuit Math.Math.134.incip. not. ꝙ leges, tu ſecundum opin. gloſ. potes concludere ꝙ ſi fugit cum rebus, licet interficere aliter non. Maxime ſi furtum conſiſtat in re magni momenti, ſecus in parua. Marſ.in.d.l. furē nume.8.& Ang.in.l.1.C. unde ui.ſi telo ſe deffendat.& Aug.Arim.in addit.ad Ang.in tract.maleficiorum in uer.comparent diti Inquiſiti nume. 17. uer. tu autem in hac mat. & fiat cum clamore dicendo laſſa la mia robba, & hc tribus his concurrentibus poteſt fur nocturnus impune interfici . primo ſi fugit cum rebus. ſecundo ſi quærit ſe tueri enſe uel gladio . tertio ſi domeſtici domus acclamauerint uel dominus domus. Dicendo ladro laſſa la mia robba, ꝙ not.propter malignitates & occaſiones quæ poſſent occure nocturno tempore

pore in domo. in qua fures reperiuntur. & hoc ad removendum cauillationes malignãtium, uel exquirentium has iniquitates obiectos per Marſ. in fine.d.l.furem.de ſicca.
16 Solitus furari habet inditium contra ſe,† quod rem furto ſubtraxerit,ut eſt glo.in.d.l. in ciuilem, & ibi Bal. & Saly.C.de fur.facit glo.in.l. cum allegas.C.de uſuris.Bar.in.l.caſſius.ff.de Senatori.
17 †Vbi dicit quod malus ſemper præſumitur malus in alia re ſimili,& in.l.fi.ff. de quæſtio. & ibi Blanc. nu. 411. dicens,quod hoc inditium de per ſe non eſt ſufficiens niſi alia inditia concurrerint, & idem Blan.in ſu pradicta.l.n.410.car. in ſua pract.nu.107.fol.173.ubi plura accumulat.
Fuga famuli ex domo domini in qua res fuit ſubtracta
18 facit inditium contra eum,† ut uol.gloſſ.in. §.ſi uero in uerbo factum in authentico de exhiben.reis dicens ibi eſſe optimum argumentum contra famulos ſeruiẽtes,& fugientes, ut ex ipſa fuga res amiſſas uideantur, ſubtraxiſſe Brun. in tracta. de inditiis, qõ.3.in princi. Quod inditium puto eſſe ſufficiens ad torturam ſi do
19 minus illico furto facto conqueſtus ſit†quia natura horum famulorum eſt ſemper furari. Quando maxime. concurrit ueriſimilitudo ex parte domini condolentis & famuli fugientis maxime ante inquiſitioné uel poſt accuſationem, quia tunc facit inditium ad torturam próut dictum fuit ſuperius in uerbo fuga. Grammat. conſi.32.nu.6.Bart.in.l. cum probatio.ff.de probat.& ibi.d.Hippo.in ſingu. ſuis.497. incip.ſæpiſſime,Blan, in.l.fin.nu.423.ff.de queſtio.Mar.in pract.cri.§.diligẽter.nu.47.fol.15.& nume.91.d.Iaſo. in.l.admonendi, in pen.car.in princi.ff.de iur.iur.Gram.conſi.23.num. 6.& Pau.Gir.in tra.de relaxatio.carcer. nu.18.
Expendens multam pecuniam ultra ſolitum habet inditium contra ſe,ut dixit Ange.in.l.milites. c.de quæſt; Brunus in tract.de inditiis,quæſtione tertia circa prin, & maxime cum iſte talis expendens ante eſſet homo
pauper

pauper ut uoluit Barto.in.l.fin. ff. de quæſtio. & idem Bart.& Saly.in.l.fi.C.eo.tit.quod tamen fallit in mer-
21 catoribus,† quia conditio perſonæ tollit præſumptionem reſultantem ex tali inditio ideo neceſſe eſt,ut alia inditia concurrant,ut dicit idem Brunus,in tracta.uer. circa tertium ibi,ita quia uiſus fuit expendere, & Blã.
22 in.l.fin.421.ff.de quæſt. Forma pedis furantis† in terra humida facit inditium,ut uoluit Albe.in.l.inditia,col. 2.C.de rei uendic.quod tamen inditium non eſt ſufficiens ſignum,neque inditium ad torquendum, neque ad retentionem,vt dicit Blan.in.d.l.fin.nu.426.de quæſtio.allegans Bal.in conſi.427.incip. quædam mulier,
23 5.uol.dicens† quod iudex non debet procedere ad tormenta ex furore animi, ſed debet habere moderamen rationis, & ꝙ per ueſtigia pedum ſignificatur qualitas luporum,vulpium,& ſimilium animalium,& ex ſemita pedum cognoſcitur,unde tranſit latro.

Scala ante feneſtras domus in qua factum fuit furtum ſi
24 ſcalla ipſa uiſa fuerit in domo † alicuius præſumptio eſt contra illum talem ad tormenta,ut uoluit Par. de put.in tract. ſind. in uerbo an ſtetur dicto torti. col.7. uer.an ſi reperiatur.22.prout etiam uoluit Bar.in.l. fi. ff.de queſtio.per tex.in.l.1.§. ſed ſi quis inſtrumento. C.de lati.liber.tollend.Blanc.in.l. fin. ff. de quæſtion. nu.428.& late Paris de put.in tracta. ſindic.in uer. an ſtetur dicto torti in fin.nume.24.niſi ſit uir bonę conditionis,& famę,& docere uelit a quo ſcalam ipſam habuerit,& ut dixi in nu.85.& ponens ſcalam ad feneſtrã alterius,qua penna puniatur,uide Ang.in.§.ſanctæ. in fi.inſt.de rerum diuiſ.

25 † Vicini habent præſumptionem ſemper contra ſe, Quando aliquæ res ſunt ſubtractæ ex aliqua domo, & maxime contra illos uicinos qui frequentant dictam domum,uel habent notitiam domus. Ita eſt tex. in. l. dominus horreorum. ibi propter ædificiorum notitiã. ff.locat.& ibi Bal.in.l.ſi ita,in fi.ff.de fun.inſtru. vbi dicit quod ſi in aliqua contrata committitur aliquod deli

ctum, debent ad tormenta poni uicini, & domeſtici, qui habent notam dictam domum, quam illi qui non ſunt uicini ſumpto argumento ab eo tex. quòd furtum prçſumitur factum a conuerſantibus in domo, & qui
26 habent notitiam, & practicam in dicta domo, † & qđ de facili poſſunt iſti tales ad torturam poni, quando maxime contra iſtos tales laborat mala ſuſpitio, & malum nomen, quòd ſæpe ſeruaui dum fui aſſeſſor iuxta doctrinam Bald. & Saly. in. l. fi. C. de quæſtio. & Marſ. in ſua pra. cri. in. §. diligenter, nu. 97. fo. 17. Iaſ. in. l. in actionibus, nu. 40. ff. de in litem iur. fol. 136. Cor. conſil. 156. in. 3. uolu. ubi dicit, quod iſta præſumptio milicat in his uicinis, quibus ſolent innoteſcere, & non in aliis.

Culpa cuſtodis ob quam furtum factum ſit facit inditium
27 ut ipſe cuſtos † torqueatur ad manifeſtandum furem, ut uoluit Barto. in. l. 1. ff. de offic. prçfect. uig. Bal. in. l. 3. §. cognoſcit, in fi. eo. tit. Blanc. late in. l. fin. nume. 425. ff. de quæſtio. Bart. in. l. 1. §. ſerui, in fi. num. 5. ff. de fur. aduer. nau. & ſtab. Bal, & Saly. in. l. 1. C. loca. nam furtum, ut in pluribus fit culpa & negligentia non bene cuſtodientium. l. cum duobus. §. damna. ff. pro Soci. & ibi Sal. & p. Santerna in tract. de ſponſionibus mercat. 4, par. nu. 31.

Famuli hoſpitum, & nautarum habent inditium contra
28 ſe † maxime quando bona ſunt depoſitata per uiatorem penes eos, & ſunt ſubtracta quod tunc torqueri poſſunt ex ui legalis præſumptionis, ut uoluit Nico. de matar. & ibi Bald. in. l. 1. C. locati, & Barto. in. l. 1. §. fi. ff. de furt. aduer. nau. caupo. in fin. Ange. de Arimino in addi. Ang. de are. in uerbo fama publica, nu. 107. quod tamen dicendum eſt, prout diſtinguit Blanc. in. l. fi. de quçſtio. num. 415. & de materia furum uide Cep. conſ. 26. fol, 32. num. 12. 13. & 14. & 17. 18. 24. & an zunta-
29 tores acrius puniendi ſunt, † quam fures, dic, quod ſic prout fuit de mente Ioan. Baptiſtæ de ſancto Seuerino in rub. l. cunctos populos, in. 1. col. 8. 10. car. C. de ſum. trini.

trin.& fid.ca.in ultima repetitione ibi plura iura alleg. idem Marſi.in ſing.ſuis.num.218.fol.32. & quid de pi
30 ratis. vide Bal.in.c.1.§.iniuria.uer.ſeu furtum,de pace iur. fir. vbi dicit, quòd piratæ ſuſpenduntur uerſus eum locum ubi furati ſunt,alleg.l.capitalium.§.famioſos.ff.de furt.Petrus Luſit.in tract.de ſpo.mercatorum in.d.4.parte.num. 54. vbi dicit quòd piratæ ſunt fures
31 † potiusquam latrones,eo quòd per inſidias faciunt.& vt dicitur de aſſalto,quòd euenit quando occulti in maritimis oris naues rapiunt,& furantur.

32 † Denuntiatio officialis,ſeu metici uillarum,ad id deputati, an faciat quale quale inditium contra imputatum,tu ex mente doct.dic,quòd iſta denunciatio:ſi eſt facta per dictos officiales deponentes de uiſu, uel de præſentia, & ſic de ueritate facti, tunc arbitror, quòd faciat inditium,ſi uero de fama, & crederem quod faceret leuem præſumptionem, ſeu ſuſpitionem aliis adminiculis non exiſtentibus, ſecundum Ange.in tracta.de malefic.in uer.nec non ad denunc.num.14.Barto.in.l. diuus.ff.de cuſt.& exhib.reorum.Alex.conſi.1. uol.4. & not.quòd dicto ſyndici, ſaltuarii, ſeu denunciat. in dubio. ſemper debet ſtari.vt Bal.ī.l.ſi poſt.n.4.C.ſi ad uer.liber.vide Alb.in.2.par.ſta.q.120.vbi multa copioſe alleg.quòd not.Cepol.in conſi.39.nu.41.Fran.are. conſi.13.& late Saly.in.l.ea quidem.C.de accuſ.& ita ibi tenet Alber. & quia tenentur ex debito ſui officii malefacta, ſeu maleficia denunciare prædicti officiales, ſeu ad id deputati,ideo in eis ceſſat præſumptio calumniæ, & ideo non tenetur ad aliquas expenſas factas quouis modo, in formatione proceſſus, ſi occurreret ſententiam condemnatoriam per iudices appellationē incidi,ſeu quouis modo infringi debere, prout pluries iudicatum fuit per Clariſſimos D.aud.nou.& ſp.aduocato, quòd nota,& tene menti.Bald.in conſ.34.nu. 7. in fine abſolute tenet,ꝙ officiali non eſt credendum,vt ex eius dicto ſequaꝰ condemnatio contra reū, ſeu bene facit præſumptionem ad inquirendum, contra denun-

I 2 ciatum

ciatum.vol.e.iuribus per ipſum ibi allegatis, quod eſt uerum. ſed denuncia data per particularem perſonã,quæ non habet ius denunciandi, non officit accuſato, quoniam iudices nullo modo debent procedere ſuper denunciis, quæ dantur per ſecretum accuſatum, ſeu per cædulas quoniam loco accuſatorũ habentur, ut Alber. in.d.q.120.5.& Saly.Bal.& Alber.in. d. l. ea quidem. C.de accuſ.nu.11 vbi dicit quòd denunciatio iudiciaria eſt dupplex alia publica, alia priuata publica fit in notoriis per relationem officialium, ſeu mericorum, vel publicarum perſonarum.ibi nu.13.priuata uero.datur perſonę ratione ſui intereſſe,vt Bal.in.l.ii.C.vbi de crim. agi opor.

FORMA CONDEMNATIONIS CONTRA FVRES HOC MODO formatur.

Antonium filium Gireli de Lendenaria furem inſignem.

CONTRA quem proceſſum fuit & eſt per nos & curiam noſtram per inquiſitionem contra eũ legitime formatam, de eo quod præfactus inquiſitus dum ſtaret in uilla de Poſthuoma in domo cuiuſdam D.Gratiæ de Aleſsiis ſimul cum Donato filio. q.Ioannis Baptiſtę de comitibus Ceſanæ,cauſa diſciplinandi, & in literis latinis erudiendis puerum eiuſdẽ D.Gratiæ cunque in nocte uigiliæ natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti inquiſitus ipſe profectus eſſet ad eccleſiam villę prænarratæ cum aliis de eadem domo pro audienda miſſa,& omnibus exiſtentibus in prędicta eccleſia inquiſitus ipſe occulte inde recedens,& ad domũ prædictę gratiæ ſe contulit Hoſtiumq; ingreſſus accepit manarinum exiſtentem ſuper uno ſcanno, & amota capſula ipſius Donati eam toto ſuo poſſe portanis extra curtiuum in certis campis non multum lon

ge a dicto curtiuo, & ibi cum dicto manerino quem præ manibus habebat aperuit dictam capſulam, & ex ea furto ſubtraxit crumenam de tela nigra cum ſcutis uigintiquinque, & multa alia bona &c.

Quæ quidem bona de loco ad locum aſportauit, contractauit, & ad uſum ſuum conuertit ad non modicum damnum, et præiudicium dicti Donati, qui quidem in quiſitus tanquam fur manifeſtus a uillicis einſdem villę depreheſus, & in carcerib. noſtris detruſus fuit. Qui cum de plano conſtitueretur omnia confeſſus fuit, vt latius in inquiſitione ipſa, & proceſſu deſuper formato continetur, cui cum aſſignatus fuiſſet terminus ad ſe excuſandum & defendendum nullas fecit defenſiones vnde ne de prædictis gloriari valeat & cæteris ſit exemplo, quod prędictus Antonius ponatur ad ſeruiendum ſuper triremibus fortiatis Illuſtriſs. Domi. ſine aliqua paga, & in compendibus per aunos ſex continuos, & ſi in dicto termino fugerit ex dictis triremibus & captus fuerit tunc ſoluat capienti libras. 200. & reponatur ſuper dictis triremibus ad ſeruiendum per duplicatum tempus. Et hoc toties quoties, & in expenſis proceſſus ex arbitrio in his ſcriptis ſentialiter condemnamus, & proferimus.

INQVISITIO PRO VENDENTIBVS REM DVOBVS.

Hęc eſt quædam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis, quę ſit & fieri intenditur per. M. & Clariſs. d. Poteſtatem Paduæ nec non per ſpec. d. iudicem Maleficiorum, ex eorum, & cuiuſque eorum puro; mero, ac ſincero officio poteſtate. authoritate, atque Bailia, necnon, & ad quærelam d. Sulpitii arbenſis; contra & aduerſus.

Turonem de Cumo.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente & clamoſa inſinuatione ſic referēte non quidē a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a ueridicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel ſed ſæpe, ac ſæpius ad aures & notitiam eiuſdem prælibati Clariſſimi. d.po. etiam per modum notorii auditu peruenit. Quod dum præfatus inquiſitus uir improbus. Et ſine fide, parum timens leges. ſtatuta, ac Decreta Illuſtriſſimi Do. anni. 1535. 29. Martii in materia diſponentes, ac diſponentia auſu temerario licitum ſibi fecit vendere & alienare, quaſdam terras ſitas in uilla Maxeradæ Sempronio de albericis, anno. 1537. & inde ad paucos dies ea venditione non obſtante volens idem inquiſi. debita ſua fraudibus, & dolis perſoluere; auſus fuit eaſdem terras & loca uendere, & diſtrahere. d. Federico uulpato. precio, modis, & conditionibus, prout diffuſius in inſtrumentis officio cancel. M. V. productis & proceſſu deſuper formato continetur. Committendo prædicta omnia ſcienter doloſe, ac fraudulenter animo ac intentione decipiendi ac fraudandi ſecundum emptorem contra formā. ll. Statutorū ac ordinum ſubinde diſponentium ad damnum, ac perniciem animæ ſuæ. & in uilipend. iuſtitiæ.

Super quibus omnibus & ſingulis, &c.

ALIA CONSIMILIS.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ ſit & fieri intenditur per Magnificum & Clariſs. d. poteſtatem Veronę, nec non per ſp. d. iudicem maleficiorum, ex eorum, & cuiuſque eorum poteſtate, authoritate, atque Bailia contra & aduerſus.

Carolum

carolum Bigolino de oppitergio.

IN eo, de eo, ac ſuper eo, quod fama publica pręcedente,ac clamoſa inſinuatione ſic referente non quidem a maleuolis,& ſuſpectis,ſed a veridicis,& fide dignis perſonis, non tantum ſemel, ſed ſępe, ac ſępius ad aures.Et notitiam pręlibati clariſs.d.poteſtatis,eiuſque ſpect. d. iudicis etiam per modum notorii auditu peruenit, quod idem inquiſitus uir natura ſua, peſſimus,paruifaciens leges diuinas, & minus humanas auſus eſt contra formam legum. illuſtriſſimi Do. uendere certas terras ſitas in uilla Minerbii iuriſditionis.M. V. infra ſuos confines.d. Alfonſo Teuthonico precio, ut in documento ſtipulato manu. dom. Auguſtini de Maffeis not.de anno.1550.Cupienſque idem inquiſitus vir nequam alienis bonis ditari, Et in perniciem animæ ſuæ locupletari licitum ſibi fecit illaſmet ſcienter terras & loca vendere ſecunda vice. d. Iuliano de Ferraria, precio modis & cōditionibus, ut in inſtrumēto ad off. maleficiorū produto ſub die ac milleſimo, ut in eo apparet. Et ut latius in proceſſu ſubinde formato continetur,Committendo prædicta ſcienter doloſe,ac fraudulenter animo ſubripiendi, ac ſubtrahendi pecunias proximi in detrimentum, ac perniciem animæ ſuæ.Et in uilipendium iuſtitiæ, ac regiminis contra formam.ll. ſtatutorum.ac Decreta illuſtriſſimi ſenatus Venet.&c.

Super quibus omnibus & ſingulis,&c.

SVMMARIVM.

1 Qui ſcienter eandem rem duobus uendiderit, an pœna falſi teneatur.
2 Qua pœna incurrant hodie, qui eandem rem duobus alienauerit.
3 Si primus emptor precium ſoluit, ſecundus uero, nec obtulit, nec numerauit, an uenditor incurrat pœnam legis.
4 Qui ignoranter uendiderit rem duobus: an puniri debet.
5 Si uaſallus ignoranter fœudum ſine licentia domini uendiderit: an ipſo iure fœudo priuetur.
6 Hæres emphiteotę, ſi per quīqueniū liuellum nō ſoluerit: an & quando cadat a iure ſuo.
7 Si uir & vxor uendiderint prędium alicui: Poſtea uero eandem rem defuncto uiro ſuperſtitibus liberis: vxor tanquam tutrix filiorum & nomine proprio alteri uendiaerit: An uxor incidant in pœnam legis.
8 Si prælatus eccleſiæ uendiderit iura ſuæ eccleſiæ alicui: an poßit eandem rem alteri concedere.
9 Si unus eandem rem ſcienter duobus insolidum donauerit, an incidat in pœnam legalem.
10 Appellatione uenditionis: an ueniat permutatio.

INDV-

1 INDVBITATI iuris eſt, ut qui † eandem rem duobus inſolidũm ſcienter uendiderit pœna falſi tenetur. ut. l. quotiens. C. de rei uendi. l. qui duobus inſolidum. ff. de falſ. Alexan. & Iaſo. in. l. a diuo pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. num. 6. Bald. in. l. inciuile. C. de rei uend. Quæ quidem pœna ex iure committitur arbi-
2 trio iuſdicentis, ut. l. 3. ff. de crimi. ſtellio. † Et decretis. ex. Illuſtriſſimi Duc. Do. Venet. eſt ſtare in carceribus per annum. ſoluere libr. 300. & poſtmodum banniri de loco commiſſi criminis per annos ſeptem, ut in parte maioris conſilii pręallegata continetur.

3 † Quid ſi primus emptor precium non numerauit, & minus obtulit, ſecundus uero emptor precium perſoluit. an uenditor pœna legis præallegatæ. Incurrat, dic quod non ſecundum Alex. in. d. §. ſed ſi emptor. num. 6. ff. de re iud. Bald. in. c. 1. §. ſi facta, in titu. ſi de fœudo. ſuc. inueſt. inter domi. & agna. ſing. Marſi. in. l. qui duobus. nu. 8. uerſi. quod eſt uerum. quando uterque. ff. de falſ. Ego tamen credo, quòd hoc eſſet iudici arbitrariũ. Et religioni iudicantis committendum.

4 † Quid ſi ignoranter rem aliquam duobus uendiderit: an is talis incurrat pœnam legis prædictæ conclude quòd non, quia ſi uaſallus ſine licentia domini ignoran
5 ter alienat fœudum, † non priuatur fœudo ipſo. ſecus in ſciente, ut eſt text. in. ca. 1. §. ſi uaſſallus in titul. ſi de fœud. fuerit cont. inter. d. & agnat. Bal. in conſi. 240. 2.
6 uolu. ſic in ſimili ſi hæres emphyteotæ † non ſoluit canonem per biennium non cadit a iure ſuo, ſi ignorauit rem eſſe emphiteoticam ut anch. conſil. 183. inci. d. Lazarius. Rom. conſi. 66. incip. uiſo, & diligenter. in fina. Vbi. idem. Rom. in. l. ſi uero. §. de uiro falſ. 51. ff. ſolut. mat. Marſi. in. l. qui falſam. n. 71. ff. de falſ. Bal. in conſi. 518. nu. 1. 5. uolu. & in conſi. 290. in. 2. uolu.

7 † Quid ſi uir, & uxor uendiderint prædium, ſeu fundũ alicui perſonæ poſtea uiro defuncto ſuperſtitibus liberis communibus uxor tanquam tutrix, & proprio nomine eundem fundum alteri uendiderit, an uxor inci-

tda

dat in pœnã legis prædictæ, dic per Bal. ſing. conſi. 240. num. 1. 2. uolu.

8 † Quid ſi prælatus eccleſiæ uendiderit aliqua iura ſuæ eccleſiæ uni perſonæ, An poterit cõcedere alteri aliquo titulo. Dic ſecundum Bald. in conſi. 322. nume. 3. 4. uo

9 lu. † Inſuper quid dicendum ſi unus eandem rem inſolidum ſcienter duobus donauerit, an is talis incidat in pœnam legalem, dic quòd ſic ſecundũ. d. Alex. in conſi. 14. incip. circa primum in primo uol. quam opinionem amplectitur Marſi. in ſuis ſingu. num. 82. in fin. ratione

10 præſumptæ fraudis † quid in permutatione? an appellatione Venditionis ueniat pmutatio uide Iaſ. in. l. 2. n. 201. C. de iur. emph. uel alio contractu, in quo Dominium transfertur. Vide Bal. conſi. 336. nu. 1. in. 3. uolu. & conſi. 175. 4. uolu. & Cor. conſi. 127. litera. l. il ſecundo, in uolu. 2. Cor. conſil. 257. nu. K. 4. volu. Bal. ſingu. in. l. cum hii. §. ſi cui. ff. de tranſac. Idem Bal. in. capitu. 1. in fin. de contro. inter. d. & emp. & in. c. 1. §. noui. per quos fiat inueſtitura. l. ſtatu liberi. §. quintus. ff. de ſtat. libe. & quia pręſens materia ſtatutis locorum, legibus, ac Decretis Illuſtriſſimi Dominii, ſatis eſt Deciſa, ac terminata, ideo ad alias quæſtiones et dubia non me extendam.

INQVISITIONIS FORMA CONTRA SODOMITAS PVBL.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum Dominum Federicum Rheinerium poteſtatem Cremæ, nec non per Spect. Dom. Iudi. maleficiorum contra & aduerſus.

Sulpitiam filiam Ambroſii de Vico mercato.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedẽte & clamoſa inſinuatione ſic referente, &c. Quod prædicta inquiſita mulier improba, ac inhoneſtiſſima meretrix Deum prę oculis non habens minusque timens diuinas, & humanas leges quibus nocendi eſtrę natur cupiditas paſſa fuit in diuerſis temporibus: in diuerſis uicibus, & cũ diuerſis perſonis in menſibus exactis, & prçſertim in menſe Maii proxime præteriti ſe contra naturam carnaliter cognoſci, & dum aliquos de uiolentia, ac præpoſtera uenere accuſaſſet nihilominus auſa fuit eoſdem modo inculpare, & modo diſculpare, & ſubinde procacibus, atque inhoneſtiſſimis uerbis iactari ſe atque de huiuſcemodi nefandiſſimo uitio delectari homineſque ſubinde inuitare ſe ipſam uiliſſimo pretio offerre diuerſis perſonis: ad huiuſcemodi nefandiſſimam atque deteſtandam libidinem, & ſi qui ſunt, qui aut ei obtemperare recuſant, aut ei pecuniam exhibere minime pollicentur iactat eos accuſare, uel inculpare uelle, prout latius in proceſſu ſubinde formato cõtinetur, Committẽdo prædicta contra Deum, ius & iuſtitiam ac bonos mores, & decreta excellentiſſimi Cõſilii. X. in ſcandalum, & peſſimum exemplum huius ciuitatis contra formam iuris, & ſtatutorum Cremæ, ac normam. & regulam bene uiuendi locis, modis, & temporibus, ut diffuſius in proceſſu ſubinde formato contineri dicitur.

Super quibus omnibus, & ſingulis idem clariſſimus Domi. Poteſtas procedere intendit. &c.

Con-

CONTRA SODOMITAS.

SVMMARIVM.

1 *Sodomita infamis, & inteſtabilis efficitur.*
2 *Sodomię vicium: An inducat peſtes & tempe ſtates, & afflictiones.*
3 *Deus an ſit naturæ author.*
4 *Vitium ſodomiticum eſt maius peccatū, quam cum propria matre rem habere.*
5 *Maſculi qui muliebria in corpore ſuo patiuntur an infames efficiantur.*
6 *Infamia quotuplex eſſe dicatur.*
7 *Eccleſia contra laicos operantes contra naturā an iuriſdictionem habeat, & an teſtari poſ ſint. 4.*
8 *Sodomitę hodiernis temporibus an pœna mor tis puniendi ſint.*

SCIENDVM eſt, ꝙ hoc nempe uitium deteſtabile eſt. & tex. in. l. cum uir. C. de adult. de hac re uerba faciens, oſtendens uilitatem uitæ hominis. ita loquatur cum uis nubit. in fœminam. i. in officium feminæ ſe ſupponit. inſurgunt iura & armātur. ll. gladio vl
1 tore. ita ut infames omnino fiant, † & inteſtabiles efficiantur. ſecundum Bal. in. l. 1. C. ne ex del. defunct. Deci. in. l. ſi qua mulier. c. de ſecund. nupt. nu. 7. huius cauſa Deus omnipotens adducit peſtes & peſtilentias hu-
2 mano generi, † & diuus Paulus ad Roman. ait nam feminæ eorum mutauerunt naturalem uſum, in eum uſum, qui eſt contra naturam, & ſimiliter maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarcerunt in deſideriis ſuis,

quod

quod vitium ortum habuit a mulieribus ante diluuiū, & huius rei cauſa deus hominem deſtruxit & ciuitates igni conſumpſit, & ſemper hoc uenit ira dei in filios diffidentię, quod utiq; ab hoc uitio pręcauendum eſt,
3 cum natura † cuius ipſe eſt author libidinis peruerſitate polluitur & eſt adeo deteſtabile, ut maius ſit hoc peccatum, quàm cum propria matre rem habere. 32. q.
4 7. c. adulterii & c. flagitia † & ideo manifeſtiſſimi iuris eſt quod maſculi qui muliebria in corpore ſuo patiun
5 tur licet infames efficiantur, † quæ quidem infamia triplex eſt, ut dicit Bald. in trac. de feu. in. ca. 1. an remoueri circa med. fol. 41 & fulg. in. l. cunctos populos. C.
6 de ſumm. trini. & uide ſupra nu. 17. fol. 40. † pœna tamen gladii ſiue mortis puniendi ſunt, ut eſt tex. in auctenticis, ut non luxurientur contra natu. l. fœdiſſimā, &. l. cum uir in fœminam, & ibi Bal. C. de adult. De iure uero. canonico eccleſia contra laicos operantes contra naturam omnimodam iuriſditionem habet; & per ſacros canones hoc deciſum eſt, ut in cap. clerici de exceſſibus præla. 32. q. 7. cap. flagitia, nam ibi diſponitur, quod laici excommunicationi ſubdantur, & a cetu fidelium alieni fiant, ſi uero ſunt clerici a clericorum cōſortio penitus reiciantur, uel in carceribus detrudantur ad agendam perpetuam pœnitentiam & teſtari nullo hodiernis mō poſſunt ſodomiti, ut Deci. in. l. 1. C. de
8 ſec. nup. nu. 7 uero tpibus † pœna ſodomiæ per leges excellentiſſimi Conſilii. X. eſt pęna mortis ne dū gladio, ſed igne ultore ut omnibus notum eſt, Barb. in con. 62. Gand. in tract. de pœnis iu fina. ubi ponit multos caſus Angel. in tracta. maleficiorum in uerſ. che hai adulterato. n. 53. fol. 62. & Boni. de adulte. & ſodomi. nu. 10. fol. 187. idem ſub rubri. de rap. nu. 6. fol. 221.

INQVISITIO PRO FILICIDIO.

Hęc eſt quędam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis quę fit & fieri intenditur per Clariſsi. Do. Ioannem Rheinerium poteſtatem, & Capitaneum Taruiſii, nec non per ſpe. Do. Iudi. maleſi. contra & aduerſus.

Sulpitiam filiam Antonii Baiuli mulierem improbam & flagitioſam.

IN eo, de eo, & ſuper eo, Quod prædicta inquiſita mulier improba ac inhoneſtæ uitę poſtpoſita diuino timore grauida facta ſe contulit ad habitandum in domo D. Luciæ de Vonico; in contrata ſancti Andreæ huius ciuitatis pro cameraria cum qua domina Lucia inquiſita ipſa ſtetit, & habitauit per mēſes quinque in circa negans, & diſſimulans ſe grauidā eſſe arbitrans hoc medio huiuſmodi ſua furta uenerea occultare, & doloribus partus accelerantibus ne a patrona, & domeſticis audiretur; die veneris, 17. Februarii proxime prętetiti ſe recepit & redduxit in quodam thalamo inferiori eiuſdem domus circiter horas tres noctis, & poſita ſe ſub neceſſario poſt aliquam cubationem puerum peperit, & in cloacam & ſtercora miſit ad cuius eiuslatus cum familiares, & domeſtici domus ſenſiſſent accurrentes ad foramen inferius eiuſdem neceſſarii eum illico inde extraxerunt, qui uix ſumpto ſacro munere Baptiſmatis a quodam præsbytero domeſtico, quamprimū uitam cum morte cōmutauit, quę quidem inquiſita uolens tam nefandum ſcelus occultare puerulum ſic demortuum in ulnas ſuas accepit, & ad hoſpitale ſanctæ Mariæ Baturorum afferre uolens ab officialibus deprehenſa fuit, & in carceribus detruſa. Committendo omnia prædicta ſcienter, doloſe, apenſate, & proditorię contra Deum ius. & iuſtitiam, & contra omnem pietatem maternam in ſcandalum & peſſimum exem-

exemplum huius ciuitatis, & in perniciem animæ ſuæ loco die & temporibus de quibus in proceſſu ſubinde formato latius continetur.
Super quibus omnibus, & ſingulis, &c.

A L I A.

Hęc eſt &c. Quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum dominum poteſtatem Veronę contra & aduerſus.

Calfurniam improbiſſimam fœminam homicidam & flagitioſam.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente non quidem a maleuolis, & ſuſpectis perſonis necnon a veridicis, & fide dignis perſonis non tantum ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius ad aures, & notitiam prælibati clariſſimi Do. Poteſtatis: necnon eius Iud. etiam per modum dum notorii auditu peruenit, Quod præfacta inquiſita in nocte die. 19. Iunii proxime præteriti ueniente die. 30. eiuſdem in domo d. Galeazzi de Cherubinis in contrata ſancti Firmi ex damnato coitu filiam peperiſſet diabolico afflata ſpiritu infautulam ipſam ſic a ſe editam in cloaca domi prædictę contiguam proiecit, & arbitrans hoc medio ſua furta uenerea occultare & ſcelus ſceleri adendo omnia prædicta patefecit; ſummus enim Deus non illius innocentiſſimæ puellæ animam permiſit pariter cum corpore perditum iri; quin immo ſuſcitauit ad eiulatus ipſius nonnullos ex uicinis qui fracto muro ex cloaca ipſa eam inde extraxerunt; habentem alterum oculorum eiectum, & totam perſonam contuſam, quæ quidem puella lauachro baptiſmatis ſuſcepto ſub nomine Ioanne, & poſtea in eccleſia ſancti Firmi expoſita, ac demum inde in hoſpitale delata ibi per circa quatuor horas ex percuſſioni-

bus.

bus,& contuſionibus expirauit. Committendo prædi cta ſcienter doloſe atque data opera animo,& intentione homicidium committendi in propriam carnem contra ne dum humana uerum etiam diuina præcepta in malum exemplum aliarum puellarum huius ciuitatis bene uiuere cupientium, & in dedecus regiminis.

Super quibus omnibus & ſingulis, &c. Idem Clariſſimus Do. Poteſtas procedere intendit.

Hoc nanque ſcelus flagitioſum eſt; & inhumanum ut mater contra officium pietatis ita immanitate teterrima efficiatur ut contra propriam carnem crudelitur in ſequatur de qua materia uide Boniſa. in tract. maleficiorum de parricidiis & eorum pœnis. Ange.conſi.27. Bar.in.l.& diuus,de parric.Car.in ſua prac.in.§.homicidii.fol.73.nume.147. Moderni. in.l. 1. ff. de parric. Gramma.conſi.57.nume.23.

INQVISITIO CONTRA PRODVCENTES FALSAS. TESTES.

Hęc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis,quæ fit & fieri intenditur per Clariſſi.Do. Poteſtatem Paduę, necnon per Spec.Do.Iudi. maleficiorum contra & aduerſus.

Caium filium Iuliani de Tridento &
Sempronium filium Accurſii.de Padua.

IN eo,de eo,& ſuper eo, quod fama publica præcedēte & clamoſa inſinuatione ſic referente non quidem a maleuolis, & ſuſpectis, ſed a ueridicis, & fide dignis perſonis non tantū ſemel ſed ſæpè ac ſæpius.Q d tempore de quo in quærela Iacobi.a Sapone inquiſitus ipſe deum præ oculis non habens , proſtergato timore legum necdum humanarum , uerum etiam diuinarum,& præſertim partis captænouiſſime contra huiuſ

modi

modi productores, & inductores falſorum teſtium auſus fuit.ut omnino uoti ſui compos eſſe poſſet pollicitationibus, & ſuggeſtionibus conatus eſt iducere quoſdam ex teſtibus per eum productis, & ad eius inſtantiam ſuper ipſa quærela examinatis ad eam deponendum de quibus erant ignari, & ſic falſum deponere, & inter cæteros teſtes induxit ipſum inquiſitum,qui ſalutis æternæ immemor diabolicis, & malignis ſuaſionibus,& ſuggeſtionibus ipſum Gaium induxit ad falſum deponendum teſtimonium, & periurium committendum,nam examinatus primus teſtis iuramento depoſuit audiuiſſe dum eſſet in hoſpitio &c. nominando in conteſtem huiuſmodi aſſertioni tertium teſtem, & ad reliqua prout in eius depoſitione contra omnem veritatem deponendo,& vt in ea. Committendo prædicta ſcienter appenſate & doloſe contra Deum ius,& iuſtitiam & contra formam partis illuſtriſ.Dominii:nouiſſime captæ contra huiuſmodi falſorum teſtium inductores,& iuſtitiæ, & ueritatis peruerſores ad nō modicum damnum,& præiudicium,&c.

Super quibus omnibus &c.idem Clariſſimus Domi. Poteſtas inquirere & procedere intendit &c.

DE TESTIBVS IN MATERIA CRIM.

SVMMARIVM.

1 *Crimina obiecta probanda omnino ſunt.*

2 *Quis non debet præſumptionibus damnari in cauſa capitali.*

3 *Maleficium in omni caſu per duos teſtes probari debet.*

4 *Dictum vnius teſtis in criminalibus an ſufficiat.*

5 Plures ſunt caſus in quibus unus ſolus teſtis plene probat.

6 Dictum vnius teſtis reuelantis inſidias contra Papam, vel Imperatorem an probet.

7 Dictum unius teſtis an faciat inditium ad torturam. & .8.

9 Infamem per condemnationem: an inditium faciat.

10 Teſtis blaſphemator, an repellatur a teſtimonio.

11 Teſtis ſi conteſtem nominauerit, qui conteſtis depoſuit, non interueniſſe: cui ſtandum ſit.

12 Teſtis ſi aſſerit aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum ſit a notario, an magis teſti, quam notario credendum ſit.

13 Teſtes in criminalibus an debeant eſſe omni exceptione maiores.

14 Quis dicatur teſti omni exceptione maior.

15 Teſtis deponens de actu propinquo maleficio an requiratur, quòd ſit omni exceptione maior.

16 Teſtes in criminalibus, an debeant reddere cauſam ſui dicti.

17 Teſtis familiaris in cauſa criminali an repellatur a teſtimonio.

18 Teſtis familiaris non ſalariatus, an repellatur a teſtimonio.

19 Iudæus contra Chriſtianum an poßit eſſe teſtis.

20 Teſtes inhabiles an admittendi ſint quando ue

ritas aliter haberi non poteſt.

21 Teſtes domeſtici an admittendi ſint ſuper his quæ domi tractantur.

22 Teſtes inhabiles an de uoluntate partium recipiendi ſint.

23 Teſtis laicus contra clericum, an admittatur in cauſa criminali.

24 Teſtis laicus an faciat inditium ad torturam.

25 Teſtis inimicus an repellatur a teſtimonio.

26 Teſtimonium deponens in articulo mortis ſe falſum dixiſſe, an ei credendum ſit.

27 Dictum uulnerati aſſerentis ſe mori culpa medici an proſit percuſſori.

28 Teſtis credens dicere ueritatem; & iurans an dicatur periurus.

29 Teſtis ſi in prima depoſitione dicit vnum, & poſtea in ſecundo dicto dicit contrarium, an ei fides ſit adhibenda.

30 Teſtis deponens per uerbum iudicio ſuo, an probet.

31 Teſtis deponens aliquid fuiſſe factum præſente Sempronio. Et ille dicat illi actui præſentem non fuiſſe, an dictum teſtis uicietur.

32 Teſtis cui in ſecreto aliquid dictum fuit. Et cum iuramento an poſsit illud iudici reuelare.

33 Teſtis deponens uidiſſe duos inſimul rixantes, & ſedata rixa comperitur alterum ex ipſis eſſe percuſſum, an ex hoc dicto poſsit deueniri ad condemnationem.

34 Ex præſumptione violenta an poßit perueniri ad ſententiam diffinitiuam.

35 Teſtis uarius in depoſitione ſua an ad torturam poni poßit.

36 Teſtis minor quatuordecim annis an in cauſa criminali examinari debeat.

37 Teſtis minor uiginti annis an in cauſis criminalibus idoneus ſit.

38 Teſtes minores an in ſubſidium examinari poſſunt in cauſa capitali.

39 Teſtes ſingulares an ſint coniungendi ad faciendam plenam probationem.

40 Teſtes deponentes de aliquo facto ſecuto præſentibus Seio, & Titio, & interrogatus de præſentibus reſpondeat nullis alijs an ei fides ſit adhibenda.

41 Teſtes falſum deponentes in eo in quo non conſiſtit ſubſtantia negotij, ſed in circunſtantijs: an eorum dicta uicientur.

42 Teſtes contrarij in quibuſdam acceſſorijs, an plenæ probent.

43 Teſtis in cauſa criminali deponens falſum, an debeat pati illam pœnam quam ſubire debet accuſatus.

44 Teſtis deponens de ueritate coniunctus cum alio teſte de fama, an plenam faciat probationem.

45 Teſtes ſingulares in eorum depoſitionibus, an ſint coniungendi ad faciendam perfectam proba-

probationem.

46 *Teſtis mulier an in teſtamento chyrographo, vel in cauſa criminali idonea intelligatur.*

47 *Mulier teſtis in teſtamento ad pias cauſas an poßit interuenire.*

48 *Teſtes domeſtici & minus idonei, an probent ad defenſam alicuius.*

49 *Teſtis omni exceptione maior ſolus alijs nõ cõcurrentibus an faciat inditium.*

50 *Teſtis omni exceptione maior non rite receptus an probet.*

51 *Producens teſtes falſos ex lege punitur in centum quidam produxit unum tantum, an puniatur in centum.*

52 *Fautores & conſpiratores de iure, an a teſtimonio repellantur.*

53 *Quot teſtes reprobent teſtes.*

1 † CRIMINA obiecta probanda ſunt, nec ex pręſumptionibus & inditiis, quis eſt damnandus, vt. l. ſciant cuncti. C. de probat. l. abſentem. ff. de pæn. l. qui ſententiam laturus eſt. C. eo. titu. late Oldradus in conſil. 291. in fine verſi. propterea opponendo. Grãmat. conſi. 13. nu. 37. Bal. in. l. 2. C. de hiis, quæ pene nomine. Marſi. §. diligenter. fol. 14. nu. 22. idem Marſil. in. l. repeti, nu. 26, fol. 56. ff. de quæſtio. ioan. de ana. conſi. 59. incipiẽte uiſa inquiſitione in. 2. col. poſt prin
2 cipium ubi dicit quod præſumptiones probabiles, † & uehementes non operantur, quod ex ipſis poſſit reus in cauſa criminali damnari alleg. plura iura. niſi eſſent ita uiolentæ, quia tunc haberentur loco legitimarum probationum. Qui & quot uero teſtes requirantur ad

 proban-

probandum maleficium, & delictum contra quamcun que perſonam de ſingulis inferius ſubnectemus. Maleficium ergo probatur per numerum opportunum
3 ad minus † per duos teſtes, vt eſt tex. ibi ubi numerus. ff. de teſti. c. in omni extra de teſtibus Alber. in. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. Marſi. in ſingularibus ſuis, nume. 47. & nu. 433. incipien. trita quod intellige etiam contra Papam, & imperatorem, ut in. c. præſul. 2. q. 5. Decius in conſi. 342. Pau. de caſt. conſi. 303. amplia etiã, ut in cauſa hæreſis, ubi duo teſtes ſufficiunt ut uol. Cardi. in clemen. 1. §. penult. de hæreticis. Et in quo-
4 cunque actu † regulariter unus teſtis non ſufficit maxime in criminalibus, ut plenam faciat probationem. l. iuſiurandi. C. de teſtibus. & d. l. ubi numerus Socinus in regula. 433. in tract. fallentiarum Marſil. in conſil. 20. Felyn. in. cap. ſuper verſicu. extra glo. de teſti. idem Marſil. in conſi. 61. & conſil. 116. sunt tamen plures caſus in quibus unus ſolus teſtis plene probat, quos poſuit accurate Specu. in titu. de teſtibus. §. reſtat, in ver.
5 hoc tamen fallit vbi † enumerantur triginta caſus in quibus unus ſolus teſtis plene probat, ut per Ioannem andr. in. cap. ut circa de electionibus in ſexto per inno cen. et Bal. in. cap. veniens, el primo de teſtibus. Marſ. in. l. de minore. in. §. tormenta, in ultima col. de queſt. nu. 18. Nam creditur uni teſti reuelanti inſidias con-
6 tra papam, aut imperatorem † item creditur uni teſti affirmanti ſe corruptum a tali, ut per Marſi. in. l. 2. §. cornelia, in princip. de teſti. et late in ſingulari ſuo. 112. fol. 2. Care. in ſua practi. fol. 38. num. 162. quod tamen intellige prædicta. Vt vnus teſtis plene probet ad faciendum inditium ad torturam, non autem ad plenam
7 probationem vt quis damnetur † prout uoluit Bal. con ſil. 259. num. 6. 1. uolu. et in. l. fin. C. famil. herciſ. Gram ma. conſi. 37. num. 1. Bonifac. in tracta. maleficiorum, in titu. de proba. vbi ponit multos caſus uide Soci. in rub. 507. in fin. in tracta. fallent.
8 †. Teſtis unus ſolus de viſu facit ſufficiens inditium

ad torturam, dummodo ſit integer. gloſ. eſt no. in l. maritus. ff. de quæſtio. & ibi Barto. nu. 2. Idem, in. l. 1. §. Idem Cornelio. ff. de quæſt. & ibi Alexan. in apoſtil. nu. 3. litera b. vbi concludit, quod dictum vnius teſtis integri cum fama faciat inditium optimum ad torturam. Bald. in. c. 1. §. ſacramenta, de conſu. recti feudi, ver. ſed qualis debet eſſe; col. 2. glo. abb. & Imol. in. ca. veniens de teſti. col. 3. ſingu. Marſi. in. §. diligenter, nu. 131. in. p. crim. Gram. conſi. 1. nu. 1. Cor. conſi. 247. nu. c. in. 2. volu. Idem Cor. conſi. 13. nu. 2. in. 1. vol. Care. in pract. crimi. nume. 110. fol. 25. Alex. conſi. 124. in. 6. uol. Gram. voto 30. nu. 31. & uoto. 3. nu. 21. Bal. in. l. 2. C. quorum appel. 1. col. Io. de amici. conſil. 36. Brun. in tract. de indic. col. 2. in fin.

9 † Teſtis infamis per condemnationem reprobatur, & non facit inditium. Marſ. ſing. 109. infamis. Fœlin. c. teſtimonium. num. 10. de teſt. c. ſuper eo. eod. ti. l. ob carmen. in prin. ff. de teſtib. & calaf. conſi. 93. nume. 3. in crim. Franc. Alua. in conſi. 67. num. 18. uer. non obſtat. Facinus conſi. 82. num. 13. in conſi. crimin. Bald. conſi. 383. Betonus nu. 4. vol. eo. vbi ſocius criminis non facit inditium. ex quo infamis. l. fin. C. de accuſat.

10 † Teſtis luſor, pariter, & blasſphemator, repellitur a teſtimonio, ut in ſpecie conſuluit. d. Alexan. in conſi. 152. in col. 4. in volu. 5. & d. Decius. conſil. 143. in cauſa matrimoniali. ix. col. Lamfranch. de oria. in repet. c. quoniam contra. in verbo teſtium. col. 41. de proba. ratio eſſe videtur, quia cum blasphemator ſit deo infidelis hominibus fidelis eſſe non poteſt. Bald. in. cap. cum Ioannes de fide inſtr. Franc. Cur. in conſil. 55. 2. col.

11 † Teſtis ſi allegauerit conteſtem interfuiſſe in aliquo actu in quo ipſe conteſtis depoſuit nullo modo interueniſſe. An ipſi credendum ſit: uel neutri fides aliqua. ſit adhibenda, Bald. in. cap. cauſamque. de teſt. &. d. Alexan. in conſi. 90. in. 4. col. vol. 4. Tenent & concludunt, quod propter contrarietatem inter eos. nemini ex ipſis credendum ſit. Io. and. & d. Moder. can. in. ca.

in noſtra de teſtib. Magis communiter concludunt. quod neutri credi debet ex quo unus alteri contradicit. ita Fœd.de ſenis.conſi.142.& Alex.conſil.34.vlti.col.vol. 3.& in conſi.43.circa med.4.vol. Gram. conſi.26.nu. 21.Cor.conſi.160.nu.9.in uol.2. & Grammat. conſi. 31.num.8.Bal.in conſil.33.3.vol. & infra dicam abundanter.

12 † Teſtis,ſi aſſerit aliter depoſuiſſe,quam ſcriptum reperitur. An magis teſti quam notario credendum ſit. Bar. in indiuiduo tetigit hoc dubium in. l. ſi quis legatum, in numer.3.ff. de falſ. Specu. in titu.de teſtib. §.1.verſ. quid ſi teſtis Felin. in cap. ad audientiam de præſcrip. Abbas.in.c.cum cauſam de teſtib.& in.capit. cum autem eo.tit. Alexan.conſi.70.incip: viſu proceſſu inquiſitionis in prima col.1.volu.& in conſi. 49.2. volum.Thom.ferra.caut.26. Ang.& Imol.in.l. 1.§. ſi quis neget.ff.quemad.teſta.aperiant.saly.poſt Cy.in l. ſi quis decurio uer.pone quod teſtis.C.de falſ.ubi concluditur, quod non creditur Tabellioni contra teſtem quando teſtis fuit examinatus ad iudicis pręſentiam. ita Grammat.conſil.30. circa finem. ubi nota & tene mentij.

Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione ma-
13 iores,†prout dicit Barto.in.l.admonendi.ff.de iureiuran.Gramma.conſi.26.nume.48. Hippo.in ſua pract. §.diligenter,in princi.nume.6.&.7.dicens,quod unus teſtis de uiſu facit inditium ad torturam. quando eſt omni exceptione maior.Et idem uoluit Iaſo.in conſi.
14 22.in.1.uolu.Bal.conſi.41.nu.8.5.uolu.† Et aduerte quod teſtis dicitur omni exceptione maior quãdo nulla imputatio contra eum fieri poteſt & nil penitus patiatur per glo.in.§.item uerborum, inſti.de inuti.ſtip. Ioan.de Anna.conſi.17.numer.8.Gramma.conſi.35. num.35.Cœpo.conſi.11.nume.8.& Bal.in rub.de contro.inueſti.Barto.in.l.maritus. ff.de quæſtione.Blanc. in.l.fina.eod.titul.numer.317. quod intellige de teſti-
15 bus†deponentibus de ipſo maleficio,ſecus ſi deponat

de

de remotis a maleficio nam tunc nõ requiritur, quod ſint omni exceptione maiores, ut uoluit Bald.conſil. 427.nu.6.5.uolu.Marſi.in.l.1.§.fin.de quæſtio. Care. in ſua pract.fol.17.num.165.Bal. in.l. fin.C.de probatio.& ibi Saly.idem Bal.in.l.optima.C.de contrahen. & commit.ſtipu.Bru.in ſuo tracta.de inditiis, in.1.car. Bart.in.l.maritus.ff.de quæſtio.

16 † Teſtes in criminalibus etiam non interrogati debẽt reddere cauſam ſcientiæ alias non probant,nec faciunt inditium.ut uol.Saly.in.l.fin.C.de probat.Bald.conſi. 182.num.2.4.uol.ubi refert hanc eſſe communem opinio.Gramma.conſil.12.numer.12. Alexan.conſil.70. 3.colum.primo uolu.Iaſ.in.l.admonendi, colum.103. de iureiur.Socin.in regu.302.5.fal. in tract.fal.Dec.in conſi.27.Marſi.in ſua prac.§.diligenter, & in ſing.ſuis nu.19.incipien.tu ſis.& nume. 183.incipiente diffuſe, Care.in ſua pract.fol.40.nume. 168.quod limita quando deponunt, & teſtificantur ad offenſam,ſecus ſi ad defenſam nam recte probant etiam ſi non reddũt cauſam ſcientiæ,quia iudex debet eſſe fauorabilis reo ſuper defenſionibus,ut uolunt doctores,& idem Marſi.in.l.fin. C.de proba.in.11.& 12.car. ubi per te uidere poteris, ſoci.in reg.496.1.fallen.in tract.fallen.

17 † Teſtis familiaris licet regulariter a teſtimonio repellatur.l.2.C.de teſt.l.idonei, &.l.teſtes.C.eod.ti.fallit tamen in famulo non ſalariato, quia tunc admitti-
18 tur ad teſtificandum pro domino, † & maxime in familiari honeſtæ uitæ prout dicit Fely.in.capitu.cum a nobis,in ulti.colum.in fina.de teſt.Spe.in titu.de teſt. §.1.uer.ſed de quo mercennario. *M*arſ.in ſing.ſuis.nu. 5.inci.regula eſt.Bal.conſi.50.nu.1.uolu.11.

19 † Iudæus non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianũ ut habetur in.l.quoniam multi.C. de hæreti.& ibi Saly. Ioan.de imo.in conſi.ſuo.11.incipien.in caſu propoſito Alexan.conſil.11.&.64. primo uolu. circa finem Iaſ. in rubrica de iuſt.& iure.nume.14.Gramma.conſi.12. & conſi.14.nume.4.Alex.in.l.admonendi.ff. de iure-

iur.

furan.Socin.in conſi.70.in,1.colum. incip.in præſenti Barba.in.l.illa ſtipulatione ſi cal.in col. 18.ff.de uerb. obli.Marſi.in ſingu.ſuis nu.41.incipi.Iudæus, &.273. inci.notiſſimum.Afflict.deciſi.214. vbi not.Teſtes in-
20 habiles admittuntur † quando ueritas aliter haberi nõ poteſt,ut uoluit Saly. in uulgata.l.ea quidem, in uerſi. ad quintam quæſt.C.de accuſa. & Ange.in tracta.ma leficiorum,in.l.fin.C.de probat.in. 4. car. circa mediũ quod intellige quando ex natura ipſius facti,ſeu nego tii alii teſtes occurrere non poſſunt. Vt uoluit Alexan. in conſil.ſuo. 68.incip.uiſo.in.2.col. in.2.uolu. Nam
21 ea quæ fiunt in domo poſſunt probari per † eos qui habitant in domo,ut in.l.conſenſu.C.de repudiis, qđ ſecus eſt ſi alii teſtes idonei ex natura illius negotii & rei poterant adeſſe,& occurrere ut dixit Marſil.in ſing. ſuis nu.73.Gramma.conſi.58. nume.4.& in conſi.59. nu.16.Philip.Deci.in conſi.133.incip.uiſo in ulti.col. ſed ubi negotium actu,& habitu, & communi curſu ſe habet,quod alii teſtes haberi poſſunt tunc, tales teſtes inhabiles non ſufficiunt ad plenam fidem faciendam. Gramma.conſi.58.nume.4.Alex.conſi.68.Abb.in.ca. fi.quòd met. cauſa, vbi dicit ꝙ domeſtici & familiares ſuper furto,uel alio maleficio propter difficultatẽ probationis admittuntur.Marſil.conſil.31.nume.33.& cõ ſil.41.numer.6.Abbas in capitulo fin. de teſtib.cogen-
22 dis,† & late.d.Alexan.in conſi.64.incip.uiſo themate in.1. uolu. & idem dicendum eſt. Quando teſtes eſ ſent a partibus rogati, quia tunc licet eſſent inhabiles, tamen plenam facerent probationem, ut uoluit elegan ter Marſil.in ſingul.ſuis incip.licet teſtis.

23 Teſtis laicus † non admittitur in criminalibus contra clericum ad plenam probationem faciendam,ut in.ca. ueniens,el primo de teſtibus Specula. in tit.de teſte.§. 1.uer.item quod eſt laicus Abbas in.c.de cætero, de te ſtib.ſecus tamen eſt dicendum ad faciendum inditium
24 ſeu ſuſpicionem, quia dictum laici † contra clericum, facit inditium ad torturam,ut dixit Abbas, & Fely.in.

d.c.de cętero,de teſtib. Alex. in.l.maritus.ff.de quæſt, Alexan.in conſil.64.prima col.in.1.uolu.Marſi.in ſingu.ſuis,nume.98.Bart.in.l.fin.in fin.ff.de in litem iuran.ubi dicit, quod quotieſcunq; fit probatio in ciuilibus:facit inditium ad torturam in criminalibus,Socin.

25 in reg.500.4.fallen.in tract.fallen.Teſtis inimicus† repellitur a teſtimonio capitu.repellantur.cap.cum.p.de accuſat.ca.ſi teſtes.4.q.3.& in.l.liberi.C.de inof.teſtá, Bar.ſingulariter in.l.1. in fina.ff. de his quib. ut indig. Ludo.Roma.in.l.1.§.reſcriptum,in prin.ff.ad ſillanianum.Grammat.conſi.12.nu.i.& conſi.3.num.17.& uoto ii.nu.17.Alexan.in conſi.ſuo.99. in cauſa inquiſitionis in.2.col.in.i.uol.late Marſil.in.l.i.§.præterea.ff.de quæſtio.nu.3.car.16.cum infi.uulga.& Blanc. in.l.fin. nu.130.ff.de quæſtioni.

Teſti deponenti in articulo mortis ſe falſum dixiſſe non

26 creditur,†ut uoluit Innocen.in.capitu.cum dilectus, de electio.& alleg.capitu.ſicut de teſtib.Ludo.& Ang. in.l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad ſillanianum,& dicit Pet.de ancha.in.capitu.fin. extra de ſucceſſ.ab inteſt. Quod ſi uulneratus dixit ſe mori cul-

27 pa, & defectu medici, † quod propter hoc non iuuat percuſſorem,quod dictum ſequitur Fely.in. capitu.literas,in penul.col.de præſump.Mar.in ſua pract.§.reſtat num.3.Iaſo.in.l.iuſiurandum.§.procurator.nume.24. 25.& 26.ff.de iniur.Bal.Ang.in.l.hac conſultiſſima.§. cum humana fragilitas.dicit, ꝙ qui in extremis laborat,non omnino eſt uiuus,nec mortuus,ſed memoria, & intellectus langueſcit,& Barba. in cap. quoniam ut lit.non conteſt.

28. Teſtis credens dicere ueritatem, † & iurat licet ueritas ſit in contrarium non tamen dicitur periurus, ut notabiliter diſtinguit Bald.in.l.2.§.obſeruare,in.4.notab.C.de iuramen.calum.Pet.de ancha. in. capit.2.de iuramen.calumniæ.Fely.in.capitu.circa fin. de lit.conteſt.Archi.in.cap.beati.2.q.7. Marſ.in l.1.§.præterea, fol.7.nu.13.ff.de quæſtion.& de materia teſtium uariantium.

riantium. Vide Bal. in conſil. 455. in prin. 1. uolu.
29 T ſtis ſi in prima teſtificatione dixit unum † poſtea in ſecundo dicto dicit contrarium neutro dicto ſtandũ eſt, maxime ſi nullam cauſam aſſignet, quare contrariũ dixit in primo ſuo dicto ut uoluit Marſil. in. l. ex libero, fol. 54. num. 28. ff. de quæſtio. alleg. tex. in. l. 1. ff. de teſtib. & in. l, qui falſa uel uaria, eo. titu. in. capitu. cum eccleſia ſutrina, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis Specul. in titu. de teſti. §. 1. uerſ. item quod teſtes ſunt uarii, & uer. quid ſi idem teſtis, & ibi, Ioan. and. idem Marſi. in ſingu. nu. 103. incip. uarietas, cum infinitis.
Teſtis deponens per uerbum iudicio ſuo iunctum cum
30 aliqua ratione, † uel preſumptione probat, & dicto ipſius fides eſt adhibenda, ut Cyn. in. l. teſtium. C. de teſtib. Bald. in. l. ſolam, in. 2. colum. uerſi. ex hoc nota. C. de teſtib. Iaſo. in. l. 1. num. 25. fol. 127. ff. de re iudi. Io. and. in addi. ad Specu. in tit. de teſte. §. ſuper, uerſ. item quod deponit, de credulitate. Alex. in conſi. 186. incip. in cauſa, & lite in pen. col. 2. uol. idem Alex. in conſi. 119. incip. uiſo proceſſu in tertia col. in. 7. uolu. Marſi. in ſing. ſuis nume. 183. fol. 17. Gramma. conſil. 29. nu. 35. & 36.
31 Teſtis qui deponit aliquid fuiſſe factum præſente tali ille autem examinatus, an fuerit præſens illi actui, dic, quod non; an per talem cõtraditionem annulletur actus, & depoſitio ipſius; Bald. concludit, quod non in. l. teſtium, in. 4. col. C. de teſtib. quem refert & ſequitur Alex. in conſi. ſuo. 34. inci. uiſis. & ponderatis his in penul. col. in. 3. uolu. & in conſil. 90. 4. uolu. ulti. col. ubi ad hoc alleg. Bart. in. l. 1. §. 1. ff. de aucto. tuto. Bal. Angel. Imo. in. l. heredes palam, in princi. de teſta. Bal. in. l. 1. in fine. C. de bono. poſſ. ſecun. tab. Alexan. in conſi. ſuo. 69. inci. uiſis proceſſibus, in penul. col. 2. vol. Bal. in conſi. ſuo. 33. incip. quidam tabellio. 3. uol. Iaſ. in. l. 2. in. §. uoluntatem, in. 4. col. nume. 21. ff. ſolu. ma. Alex. in conſil. 134. in. ii. uo. incipien. in cauſa & lite, Grammat. conſil. 31. nume. 8. & cano. in. capitu. in no-
ſtra

ſtra de teſtibus. Marſi. in ſingulari. ſuis numero. 10. 8 fol. 41.

32 Teſtis; cui dictum fuit aliquid in ſecreto,† & ſub uinculo iuramenti poteſt, non obſtante iuramento, illud iudici reuellare, Abbas in.c. ſi ſacerdos, in.ii.col. de offi. ordina. Innocen. in.c. qualiter, & quando de accuſa. & in.c. omnes vtriuſque ſexus circa finem de pœni. & remi. Ratio eſt quia iuramentum non extenditur ad iſtũ caſum quando ſcilicet producitur in teſtem. Ratio rationis eſt, quia ſi intendebat iurans ad hunc caſum extendere iuramentum certe fuit temerarium, & non ſeruandum, quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in. l. fin. in 3. col. uerſi. 13. ff. qui ſatiſda cogan. Marſi. in ſing. ſuis. 424. incip. accipe quæſo; late Ioan. neui. in ſylua nuptiarum, in. 11. c. in. 4. col.

Teſtes qui deponunt uidiſſe duos adinuicem rixantes,

33 † & demiſſa rixa dicunt, quòd viderunt alterum ex ipſis eſſe percuſſum & vulneratum certe ex hoc reſultat inditium indubitatum, quod ille talis eum vulnerauit, ex quo dicto poterit deueniri ad condemnationem ita ſingulariter dicit Saly. in. l. fina. C. de probatio. Soci. in conſi. 54. incip. viſis teſtibus, in pen col. 3. uol. Franciſ. Brun. in tractatu ſuo de indiciis, in. 5. car. in. 1. col. uer. aliud exemplum Hippol. late in rubr. C. de probat. nu.

34 230. 231. 232. & 233. in illa quæſtione, † an ex præſumptione uiolenta poſſit perueniri ad diffinitiuam. Et idem Marſi. in ſingu. ſuis. 288. fol. 29. Ange. in. l. ſi quis alieni. C. ad. l. iuliam maieſta. Quod tamen uide. d. Iaſ. in. l. ſeruum fugitiuum, col. 6. nu. 29. C. de ſer. fugi. Ioan. de Ana. in conſi. 59. num. 2. Math. in ſingularib. ſuis, num. 122. & 123. Paul. de Caſt. in conſi. 197. Iõ. And. in addit. ad ſpec. in tit, de probat. §. uidendũ, uerſi. 13. Bal. in. l. 2. C. de his quæ pœ. nom. in teſt. in quibus locis concluditur ſecundum magis communem opinionem doctorum. Quod ex præſumptionibus uiolentis non poteſt in criminalibus deueniri ad ſententiam diffinitiuam, niſi in aliquibus caſibus, utputa in caſu adulterii

terii, ubi probationes non poſſunt haberi ita commode, ut ex eis ueritas habeatur, & ob id propter difficultatem probandi ſufficiunt præſumptiones & coniecturæ, ut eſt caſus. in, l. ſi qui adulterii, C. de adult. & in criminibus occultis, ut in ueneno in quo caſu lex contentatur, facilioribus indiciis, ut Grammat. voto. 3. num. 3. idem in conſi. 131. n. 37. Alex. conſi. 24. vol. 2. & Pau. de Caſt. in conc. 278. col. ii.

Teſtis uacillans in ſuis depoſitionibus, † an quæſtionari de
35 bet, ut in, l. ſuper ſtatu. C. de quæſtio, Paris de put. in tract. ſindi. in uerſi. viſo de inditiis, Are. in tracta. maleficiorum, in uer, fama pub. nu. 105. Brun. in tract. de inditiis, col. 12. Rom. conſi. 8. Alex. conſi. ii. 3. col. 7. volu, Hippo. in ſua pract., in uer. diligenter, nu. 74. qui multas cotas adduxit iuxta ſolitum.

36 Teſtis minor quatuordecim annis in cauſa † criminali non debet examinari, ut eſt tex, in. l. 3. §. lege iulia, ibi quiue impubes erit. ff. de teſti. & hoc propter lubricum conſilii ſui, idem determinat Ange. in auten. de teſti. §, ſancimus, Hippo. l. de minore, in prin. num, 22. ff. de quæſtio, Blanc. in. l. ſiua. nu. 346. ff. eo, tit. & ſi examinaretur, non facerea inditium plenum, ſed quale quale, indiciũ Flor. in. l. teſtimonium, nume. 2. ff. de teſtibus, quod nota.

37 Teſtis minor uiginti annis in cauſis crimin. † non eſt idoneus teſtis ad probandum pp ætatem. ut in. l. teſtium fides, §. lex iulia. & ibi glo. uer. impubes. ff. de teſti. Quod tamen fallit quando aliæ probationes habe
38 ri † non poſſunt, utputa ſi duo minores uiginti annis uidentes delictum & alii non uidentes, ſed deponẽti de aliquo inditio remoto a maleficio, an in ſubſidiũ plene probent, dic per Alber. in. d. l. teſtimonium, qui tenet quod ſic, Ioan. And. in ti. de teſte, in Spe. ſuper illo uerbo item excipitur quod eſt impubes, & in. ca. forus cum gl. de uerb. ſignifi. Alex. in conſi. 24. ii. uol. incip. animaduerſis, 4. col. vbi tenet qđ duæ fœminæ plene probant: quando aliæ probationes haberi non poſ-

ſunt

ſunt,ut Iaſ.in.l.fina.C.de his quib. ut indig. nume.7. quia minus idonei teſtes in ſubſidium reputantur idonei.& Grammati.conſi.45.&59.nume. 12. vbi plura accumulat.

39 †. Teſtes ſingulares quando coniunguntur ad faciendam plenam probationem, dic ut per Bald. in rub. de controuer.inueſtitu.& in auc.rogati circa finem. C.de teſtib.& idem uol.Deci.in. cap.licet cauſam num.16. uer.& hoc primo de probat.Soci.in conſi.54.Blan.in. l.fi.de quæſtio.num.369.fol.97.quod dic,ut per Iaſonem.in.l.gallus.§.ille caſus.num.6. &.7.ff. de libe. & poſthum.quod ad faciendam plenam probationem opus eſt ut in ſua ſpecie ſemiplenę probationis unuſquiſque ſit perfectus.

40 Teſtes deponentes de aliquo facto, † ſeu delicto præſentibus seio,& Titio,& in fine ſuarum depoſitionum interrogati de præſentibus dicant nullis aliis præſentibus intelligitur ſemper exceptis, Titio, & seio:ita uoluit Alb.in.l.ait prætor.§. iurari.ff.de iureiuran.Deci. in.l.1.ff.ſi certum peta.nu.15.Roma.in.l.1. in princi. ff.de ope.no. nun.specu.in titu. de noto.crimi.§.fama verſi.quid ſi etiam Bald.in.l. ſi defenſor.§. qui interrogatus hæredem.ff.de interrog.actio.soci. in.l. ait prætor.§.iurari ut ſupra,nu.10.& ibi Alex.

41 Teſtes ſi deponunt falſum in eo in quo†non conſiſtit ſubſtantia negotii, ſed in circunſtantiis, an uitietur eius dictum dic ut per Iaſ.in.l. ſi ex falſis,nume.10.C. de tranſa.Gramm.uoto. 36.nu.7. Deci.in.l.mutui.§. creditum.ff.ſi cer.peta.num.7. vbi dicit quod licet te-
42 ſtes ſint contrarii in quibuſdam † acceſſoriis non uitiatur eorum dictum,alleg.Spec.in ti.de teſti.§.1.uer. item quid de ſuo.Ang.in conſi.194.incip. viſu proceſ. & conſ.274.incip.ex themate. col.7. Bal.in.l. de quibus,col.pen.ff.de legi.& in.l.pen circa finem.C.de trãſact.Iaſ.late in.l. ſi quis nec cauſam num.22.ff. de rebus cred. & de materia horum teſtium, uide notabile conſilium Cœpo.nume.60.per totum. socin. in trad.

teg.

reg.nu.520.in uer.teſtis.

44 Teſtis deponens falſum in cauſa criminali † debet ſubire illam pœnam quam de iure pateretur accuſatus tex. ſing. in. l. 1. poſt principium in verbo qui ne falſum teſtimonium, ff. ad. l. cor. de ſicca. Bald. in. c. 1. §. in iuria. in vlti. col. de pace iura. firman. idem Bal. in. l. 2. C. de reb. cred. & in. l. presbyteri. 2. col. C. de epiſ. & cler. & idem Bald. in l. data opera. 10. col. C. qui accuſa. non poſ. Iaſ. in l. & ſi legibus, nu. 6. C. ſi contra iuſ. uel publi. utilitatem & in deute. c. 19. in fine,

Teſtis deponens de veritate, † & idem cum alio de fama inducit plenam probationem, ut voluit Soci. in, l. Gallus. §. ille caſus, n. 4. ff. de lib. & poſthu. Ludo. rom. in conſi. 7. vbi dicit quod teſtes ſingulares in eorum

45 depoſitionibus, & ſuper facto † ſuper quo deponunt ratione ſingularitatis coniunguntur ad facieudam perfectam probationem, Cyn, in. l. 2. in. 4. q, prrncip. C. quæ ſit longa conſuetudo, Bald. in. l, ſi ex tautione. C. de non nume, pecu, Saly. in. l. teſtium. in ſi. C. de teſti. Areti. & Moder, in. capitul. licet ex quadam extra de teſti. Marſi. in ſua pract, crim. §. diligenter. n. 14. fol. 14 & num, 149. cogita, & uide prædicta in locis præalleg. quia non reperies alibi ita declarata.

46 Teſtis mulier neque in teſtamento neque chyrographo, neque in cauſa criminali idonea eſſe poteſt, ut. l, qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta, inſtituta. eo, tit. §. teſtes, & per Bal, ſingulariter in l. nec ſcripturas. C. qui po, in pig, hab. & Gand, in tracta, maleficiorum, in tit. de furtis in fine Ioan. de Anania in capitu. tanta labes extra de ſimo. Idem in conſilio, 17. nume. 16, verſi. faciat. vbi dicit, quod communis opinio eſt de iu. cano. ut in cauſa criminaliter mota non eſt idonea teſtis ſecus de iu, ciuili. l. 3. §. lex. iulia, ff. de teſtibus Grammatic. conſi. 45. nume. 20. Alexan. conſi. 64. nu. 4. & 99. col. vltima. nu, 4. co, vol. incipien. circa primum, primo uolumine. licet Imo. in dicto. §. mulier teneat contrarium, & dicat ibi eam eſſe communem opinionem Soci. in

47 ci.in tract.regularum cum fallentiis,num.511.† Dicit,quod hæc regula non habet locum in teſtamento facto ad pias cauſas,vt voluit Pau.de caſt.in conſi.361. & in codicillis,ac etiam ad probandum teſtamentum, ut late per Albericum in.d.§.mulier ubi diſputat hanc quęſtionem eam examinando ad partes.Quæ quidem materia examinatur per Cœpo.in conſi.60.per totum.

48 Teſtes domeſtici, & minus idonei licet† non probēt, attamen ad probandam innocentiam alicuius non excluduntur,ut ſingulariter dicit.Io.de ana.in conſi. 59. incipien.uiſa inquiſitione.1.col.Alex.in conſil.114.incip.uiſa themate.5.uol. Marſi.in ſingu. ſuis, num. 59. incip.innocentibus,fol.6. &.72. incip. fere per totam Italiam.

49 Teſtis omni exceptione maior non † facit inditium ad torturam ſi eſt ſolus, niſi concurrant alia inditia, ut fama contumacia pręcedens inimicitia,uel alia remota inditia.quòd dic ut per Cy.in.l.fi.C.de quæſtio. Iaſo.in repet.l. admonendi, nume. 187.ff.de iureiur.alleg. Alex.conſil.353.incip.uiſo themate anteſcriptę inquiſitionis.col.2.Marſi.in ſingu.ſuis nume.242. incipien.quando teſtis omni exceptione maior, quod not.

50 Teſtis omne exceptione maior non rite† receptus, & examinatus in cauſis criminalibus non facit inditium, ut notabiliter dicit Bald.in.cap.1.§.ſacramentum,verſi.& unum ſcias.3.col.de conſu.recti feu.Barba.in conſil.11. incip. illud in medium in antepenul. col.4.uolu.Bald.in aucten.ſed & ſi quis in penulti.col. C.de teſtib.ubi dicit, quod teſtis non rite receptus non probat Marſi.hoc idem in ſingu.ſuis.num.342.incipien.quando teſtis fol.35.

51 Teſtes falſos producentes† ex.l. municipali puniuntur in ducatis centum,&ad alias pœnas quidam produxit unum teſtem tantum an puniri debeat in ducatis. 100.& ad alias pœnas dic, quod ſic. ut per Albericum in.l.2.§.homines. ff.ui bono. rap.idem in tractatu ſtatuto,q.28.par,2.fol.28.& not.ꝙ falſitas dicitur Tripliciter

citer ſecundum Alexan.conſ.73.nu.5.vol.1.

52 Fautores † & conſpiratores in delictis ſeu criminibus de iure repelluntur a teſtimonio,ut in.c. licet heli, &. c.per tuas extra de ſimoni.

53 † Quot teſtes reprobent teſtes dic, quod unus per duos reprobatur.& duo per quatuor ut in c.cum Ioannes de fide inſtru. Cyn. in.l. in exercendis. C.de fide inſt.Bal.conſi.492.5.uolu.

54 † Teſtis deponens ſine iuramento, non probat; ex quo iuramentum ſine depoſitione nil ualet, & depoſitio ſine iuramento,nil penitus tenet,ex quo ſunt inſeparabilia,& defficit vnum ex ſubſtantialibus,ſecundum tex.in.l.iurisiurandi.C.de teſtib.ita Ricar. Malumbr. conſ.x.quæro in crim.nec facit inditium, ex quo inditia certa eſſe debent, & legitime probanda ſaltem per duos teſtes.ut.l.fin.C.famil.herc. cum aliis infinitis.

INQVISITIONIS FORMA CONTRA FRACTORES CONFINIVM.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis,quæ fit & fieri intenditur per Clariſſi.Do.Poteſtatem Paduæ,necnon per ſpec. Domi. Iudi. maleficiorum ex eorum & cuiuſq; eorum arbitrio Poteſtate bailia atque authoritate contra & aduerſus.

Baldum de Carauagio.

IN eo,de eo,& ſuper eo, quod dictus inquiſitus qui eſt bannitus de Padua,& agro Paduano, & per.15. miliaria ultra confinia per annos decem &c. Cum hoc quod ſi in termino dierum.15.proxime futurorum carceribus noſtris ſe præſentauerit ut mittatur ad ſeruiendum ſuper triremibus sfortiatis Illuſtriſſimi Dominii &c.ut latius in ſententia; nedum in termino ipſo ſe præſentauit,ſed parum timens ſtatuta,leges,& decreta contra huiuſmodi inobedientes, & fractores con

finium

finium per illuſtriſs. duc. dominium indies auſus fuit in dedecus regiminis in ſcandalum, ac malum exemplum bene uiuere cupientium ſuo temerario auſu & banno ipſo non obſtante animo forſan aliquid mali cō mittendi uenire in hanc ciuitatem,& per eam ad lui libitum uagari non ſecus,ac ſi non eſſet bannitus,ubi,ſuper tripudio, quod fiebat in domo Tomei de Brúno ſita in contrata ſanctæ Catherinæ per uicecomeſtibilem noſtrum,& in fortiis noſtris præſentatus,& non obſtante lapſu temporis, de quo in ſententia banni illi intimato an uti uelit beneficio in ſententia limitato, & reſeruato,ut medio ſeruiendi per menſes 18. ſuper triremibus sfortiatis,ut ſupra a banno ſuo ſe redimere uelet per ſcripturam per patrem illius productam huiuſmodi beneficio uti uelle recuſauit,& ut latius in proceſſu continetur.

Super quibus omnibus & ſingulis,idem Clariſs. D,poteſtas procedere intendit, &c.

Iſta materia deciditur per ſtatuta terrarum, & per. ll. & decreta Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Concilii Decem,anni 1531.30. Auguſti, & 1503.21.Iulii,& ideo nota & obſerua.

FORMA INQVISITIONIS PRO inſultu, & vulneribus.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis,quæ fit & fieri intenditur per Magnificum & Clariſſimum Domi, Poteſtatem Faruiſii,nec non p Spect. eius Domi. Iudi.maleficio.ex eorum & cuiuſq; eorum &c. Necnon ad querelam, & denuntiam Vicecomilitonis,&c,contra & aduerſus,

Sempronium filium Accurſii Florentini, & alio loco, & tempore propalandos.

IN eo, de eo, & ſuper eo, &c. Quod præfatus Sempronius inquiſitus, non contentus de multis inſolentiis, hactenus per eum tam de die, quam de nocte temerarie commiſſis in hac ciuitate cum multis aliis ſuis complicibus, fauctoribus ad numerum viginti loco & tempore propalandis in uilipendium regiminis, quod in die Dominico 16. Ianuarii proxime exacti, idem Sempronius, & complices armati diuerſis armorum generibus de ſocietate etiam aliorum loco, & tempore propalandorum auſi fuerunt circa horas quinque in ſex noctis eiuſdem diei accedere ad domum Dominici Cararii huius ciuitatis in qua priuatim agebantur coreæ, & ui ac uiolentia prædictam Domum ingredi nitebantur contra uelle prædicti Dominici conantes omnino idem inquiſiti hoſtium prædictæ Domus in terram deiicere, quæ niſi intus munita & fortificata fuiſſet illam proculdubio in terram deieciſſent acclamantes, & dicentes, Auerzeti becchi fotui caſtronazzi, che ſe ui trouèremo uia de qui ui uolemo pelar la barba, & cauarui el cuor, & non contenti del predicto inſultu, ſed perſeuerantes in eorum malo propoſito uolentes omnino eorum præcedentes minas executioni demandare in die lune 17. eiuſdem menſis, dicti inquiſiti euntes in ſectam per hanc ciuitatem quæritantes præfactos artifices uelle omnino eos offendere, & cum obuiam habuiſſent Franciſcum Cararium nepotem eiuſdem Dominici ei dixerunt, eſtu de quelli del filo del preditto Domenego, Qui cum eis reſpondiſſet, quod ſic tunc unus ex dictis inquiſitis ſine aliis uerbis cum uanto de maleis alapa dedit dicto Franciſco, & incontinenti dimiſſo palio enesq; nudata cœpit admenare plures ictus ad perſonã eiuſdem Franciſci, qui cum ſaluti ſuæ aliter prouidere non poſſet fugam arripuit in domum cuiuſdam cerdo

nis ibidem propinquam, qui cum poſtea ſe reduxiſſet ſuper ſacrato eccleſiæ cathedralis del domo tanquam in loco tuto. & ſecuro & per dictum ſempronium hoc intellecto de ſocietate aliorum loco, & tempore propalandorum acceſſit ad dictum locum, & non obſtante, quod præfatus Franciſcus eſſet ſuper ſacrato eiuſdẽ eccleſiæ idem inquiſitus nullo habito reſpectu loci barbam manu ſiniſtra aprehendit, & cum deſtra nudato pugione, quem ad latus habebat furibunde poſuit ad pectus ipſius Franciſci tirandolo per la barba, & dicendoli becchi futui ue uoglio ſquartar tutti. aſſiſtentibus eo tunc, & auxilium, fauorem dantibus præfatis complicibus, & fautoribus ipſi Sempronio, qui omnes inquiſiti non contenti de prędictis, ſed uolentes omnino eorum diabolicum, & præmeditatum propoſitum executioni demandare, ita armari, & in ſecta uagantes per laſciuiam ſuper contrata prædicti Dominici animo & firmo propoſito de eum offendendo, qui cum pluries exploraſſent Ioannem Cararium eiuſdem Franciſci nepotem eſſe ſub porticu liberalis pinaldelo impetuo ſe unanimes irruerunt in eum qui ſaluti ſuæ conſulens in domum Lucæ fabri Ferrarii ſe contulit inſequentibus prædictis inquiſitis qui cum diu illum perquiſiuiſſent & nullatenus habere potuiſſent inde receſſerunt & parum poſt prædicti omnes inquiſiti impulſi diabolico ſpiritu cum inueniſſent Dominicum Cararium cum duobus aliis in eum impetum fecerunt, & irruerunt & duos eorum percuſſerunt, & plures ictus & percuſſiones intulerunt præfato Dominico tam ad uiam capitis, quam in dorſo, & brachiis ibi ſemiuiuo relicto aſſiſtentibus ſemper præfato Sempronio, & cõplicibus multis aliis fauorem auxilium, & opem cohoperantium pręſtantibus, & dicentibus, ammazza ammazza. Committentes præfati inquiſiti dictum exceſſum, & inſultum ſcienter doloſe, & appenſate contra Deum ius, & iuſtitiam, & in uilipendium regiminis ac pacifici ſtatus, contra regulam, & normam bene

uiuendi, & in malum exemplum aliorum bene uiuere cupientium.

Super quibus omnibus, & ſingulis, annexis connexis dependentibus, & emergentibus idem Clariſſimus Domi. poteſtas, & dictus Domi. Iudex procedere, & inquirere intendunt, & contra præfatum ſempronium, & alios culpabiles repertos puniri & condemnare ſecundum formam iuris & ſtatutorum Taruiſii prout iuri & iuſtitiç conuenire videbitur.

INQVISITIO DE INSVLTV ET VVLNERIBVS:

Hæc eſt quędam inquiſitio titulus, ſeu forma inquiſitionis quæ fit & fieri intenditur per Magnificum Domi. Poteſtatem Citadelle contra &c.

Antonium dicto Dageta &
alios loco & tempore propalandos.

IN eo, de eo, & ſuper eo, Quod dum præſenti mane circiter horam. 14. cum dimidia prædictus inquiſitus eſſet de ſocietate nonnullorum loco, & tempore propalandorum & iret uagando per ciuitatem tranſitumque faceret per plateam deueniſſetq; penes angulum domus illorum de reſana inquiſitus ipſe non contentus de alio graui uulnere illato ad perſonam Andreæ de Variſcis, & ſed uolens omnino, & illum & fratrem interficere conuocatis ſecum aliis duobus accuſatis complicibus fautoribus, & conſpiratoribus explorato prius ipſum Andream euntem de ſocietate fratris uerſus contratam ſanctæ Mariæ dedita opera, atque ſtudioſe illis obuiam proceſſerunt & nullis dictis illico omnes prædicti inclinatis eorum armatis maximo impetu & rabię irruerunt in prædictos fratres clamantes ammazza ammaza in quibus continuis admenitionibus, idem Andreas uulneratus remanſit tribus uulneribus

tibus letalibus uno in capite, & duobus in crure ſiniſtro cum inciſione carnis, neruorum, muſculorum ac ligamentorum, & niſi melius quo potuerunt prædicti fratres ictus in ſe factos repercuſsiſſent, & fuga ſaluti ſuæ conſuluiſſent utiq; ipſi interfecti, & male tractati fuiſſent. Committentes prędicti inquiſiti dictum exceſſum ſcienter doloſe, atque data opera contra Deum ius & iuſtitiam, & in uilipendium regiminis.

Super quibus omnibus & ſingulis idem clariſſimus Domi. Poteſtas procedere intendit. &c.

SVMMARIVM.

1 *Intereſt reipub. delicta puniri.*

2 *Delicta in aliquibus caſibus an punienda minime ſint.*

3 *Iuſultus quomodo diffiniatur.*

4 *Inſultus, & aſſaltatus quomodo inter ſe differant.*

5 *Faciens inſultum cum armis licet ad arma manus non poſuerit, an de inſultu cum armis puniendus ſit.*

6 *Percuſsio facta, ſeu illata uno ictu in manu, & ad viam capitis an vna, vel duplici pœna puniri debeat.*

7 *Statuta imponentia pœnam alicui percutientē in platea, an ſe extendant in confinibus plateæ.*

8 *Inſultum faciens ad domum, an ad porticum adhærentem domui ſe extendat.*

9 *Percutiens aliquem in confinibus plateę, an eadem pœna puniendus ſit, ac ſi in platea percuſſiſſet ſtante ſtatuto.*

10 *Vulnerans aliquem animo occidendi, non tamē interfecerit, an pœna homicidij puniendus ſit.*

11 *Voluntas & actus perfectus in delictis, an pro facto reputetur.*

12 *Statutum puniens percutientem aliquem in domo, an habeat locum in eo, qui proijcit gladiū contra aliquem exiſtentem in domo.*

13 *A uerbis ſtatutorum nullatenus eſt recedendum.*

14 *Delinquens in vna iuriſdictione, an poſsit in alia puniri.*

15 *Iudex originis, an poßit procedere contra delinquentem in alieno territorio pro delicto ibi commiſſo.*

16 *Statur depoſitionibus medicorum affirmantium cum iuramento vulneratum obijſſe ex alia cauſa, quam ex vulneribus illatis.*

17 *Vulnera illata per Sempronium Titio morienti propter coitum, vel malam cuſtodiam, an de homicidio puniri debeat.*

18 *Quomodo intelligatur eſſe aliquid factum ad neceſſariam defenſam, vel tutelam ſui corporis.*

19 *Inſultus factus per Accurſium cum alijs ſocijs ignorantibus animum illius ad perſonam inimici ſui, an contra ſocios procedi debeat.*

20 Quomodo quis dicatur particeps, ſciens, uel auxilium præbens in delictis.

21 Vulnera illata a pluribus in perſonam Titij, qui illico mortuus eſt aggreſſores uolunt probare Titium eſſe mortuum ex alia cauſa nunquid audiendi ſint.

22 Peritis in arte ſua ſemper eſt credendum.

23 Titius percuſſus a pluribus, & interfectus aggreſſor vult conſtare, cuius ictu mortuus eſt, an alij ſocij de homicidio puniendi ſunt.

24 Percutientes aliquem pluribus percuſsionibus vno impetu, an percuſſores condemnari debeant ex vna, an ex pluribus percuſsionibus.

25 Secta, & coadunatio hominum, quomodo facta eſſe intelligatur.

26 Sempronius Titium vulnerauit ex ſucceſſu temporis propter febrem Titius mortuus eſt nunquid Semp. de morte puniendus ſit.

27 Medicorum iudicio ſemper eſt ſtandum cum debito ordine, & canonicæ proceſſerint. 28.

29 Aggreſſus an aggreſſorem interficere poſsit pro defenſione bonorum ſuorum.

30 Stante ſtatuto, quod qui debilitauerit hominem pœnam librarum centum puniatur ſi quis aliquem debilitauerit in digito, an in pœnam ſtatuti inciderit.

31 Inquiſitione formata contra Titium de vulnere illato in Marſi. qui parum poſt, obijt nunquid ex ea ſequi poſsit condemnatio, an alia

for-

formanda ſit.

32 *Appellatione iniuriarum an veniat offenſa.*

33 *Offenſa illata alicui in diſtrictu Paduano, an ueniat in ſtatuto loquente de offenſa facta in ciuitate Paduæ, ſtante ſtatuto.*

34 *Pugnus an comprehendatur ſub dictione vulnerum ſtatuto diſponente de vulneribus.*

36 *Pœna ſoluenda per aliquem an eo mortuo hæredes illam ſoluere teneantur.*

36 *Sub nomine & uerbo condemno, an ueniat mulcta.*

37 *Banniti iuſte, uel iniuſte, an poſſint impune offendi.*

1 INTEREST Reip.†delicta puniri uulgata.l.ita uulneratus.ff.ad.l.aquiliam.capitu. ut famæ de ſenten. excom. & ideo omnis qui deliquit debita pœna eſt
2 puniendus iuribus uulgaribus fallit in caſibus † a iure communi deciſis,ut Bonifa.in rubri. de inſultu,& percuſ.in princi.in rub.de perſonis, quę poſſunt ſine offenſa puniri,ut in titulo de inſultu.nume.48.& in caſibus a ſtatuto permiſſis & conceſſis, & quia de pluribus in præſenti materia inſultus quęrendũ eſt. ideo antequã ad quæſtiones & dubia deueniatur, primo quærendum
3 eſt † quid ſit inſultus,ubi dic,quod eſt contra aliũ impetuoſus aggreſſus unde inſultare eſt ira,& impetuoſo animo in alium irruere,animo offendendi. Cor.conſil. 107.nu.g.&.h.in.1.uolumi.ut uoluit Barto.in.l. reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis, Franc. Aretius con ſil.33.col.fi. Ange.Are.in tract.maleficiorum in ver.fecit inſultum in princ.& ibi Ange.alleg. Gand.in rubr. de pœna imponenda pluribus delinquentibus ubi uide
4 tur conſtituere differentiam inter inſultum † & aſſaltum.

tum, & inſultare proprie eſt, qui alium prouocat, & ſe promouet de loco ad locum cum impetu pro ut Bald. facit. l. ii. C. de ſicca. conſil. 287. nume. 1. uolu. 3. quod intellige pro ſtatutis diſponentibus, de inſultu. ut dic. Bar. & Flo. in. l 1. §. cum arietes, nume. 5. ff. ſi quad. feciſ. dicatur. Bald. conſi. 287. nu. 2. 3. uolu. Quem omnia latius per te vide in locis præalleg. Et primo.

Statuto cautum eſt quod ſi aliquis fecerit inſultum cum
5 armis puniatur in lib. centum † quidam habens arma ad latus puta enſem pugionem, uel piſtorienſem facit inſultum contra aliquem non tamen arma euaginando nunquid punietur de inſultu cum armis. Reſponde quod ſic, ut uoluit Bart. in. l. idem eſt, uerſi. qui armat. ff. de ui & ui arma. Albe. idem tenet in quæſtione ſtatutorum in ſecunda parte, qõ. 36. Bonifa. in titu. de inſultu, in princi. nu. 3.

Sed ſi quis percuſſerit Titium uno ictu in capite, & in ma
6 nu † quæritur an unica uel duplici pœna puniri debeat. Concluſio eſt quod unica tantum pœna puniri debeat propter unicum actum ex quo uno impetu uulnus intulit, ut uoluit Alberi. in ſecunda parte. quæſtio. 30. dicens iſtam quæſtionem alias fuiſſe diſputatam per Iacobum de belui. in quæſtionibus ſuis. 318. in lib. magno quæſt. diſputa. alleg. pro & contra ubi per te uidere poteris argumenta ad partes. & Bald. conſi. 433. num. 1. 5. uolu. & quod de Morſicatura facta cum dentibus. vide Bal. conſi. 160. nu. 1. in. 4. uolu. & Alexan. in apoſtil. ad Bart in. l. idem. §. armati. ff. de ui. & ui. quid ſi in inſultu quis expilauit barbam vel crines alicui, qua pœna punietur dic. pœna l. x. parti & 20. fiſco applicanda. ſecundum Roma. in ſing. 569.

Pone quod per ſtatutum imponatur pœna librarum
7 100. alicui percutienti in platea † aliquis percuſſit Titium in confinibus plateæ. Quæritur an puniatur eadem pœna dic quod ſic, vt per Albe. in tracta. ſtatutorum in. 2. par. q. 30. alleg. l. præſenti. §. 1. C. de his qui ad eccle. confu. l. prædius in fi. ff. de leg. 3. Dicens

quod

8 quod ſi quis fecerit inſultum ad domum † quod eadem pœna tenebitur ille, qui ad porticum adhærentem domui inſultum fecerit, ut uoluit Gand. in tit. de percuſ. & inſul. uer. item pone, quod aliquis aliquem percuſſit Spe. de iniuriis. §. 1. uer. ſed pone quod in ſtatuto, Bonifa. in titu. de inſultu in princip. uerſi. ſed quid ſi ordinatum eſt, nu. 4. & idem Alberi. in. 2. par. ſtatutorum. q. 35. tenet quod ſi quis fecerit inſultum in confi-
9 nibus plateę † quod eadem pœna puniatur ac ſi percuſſiſſet in platea. Et idem in dicto trac. in. 2. par. q. 203. incip. ſtatuto Bergomi.

Item quid ſi Titius inſultum fecit contra Sempronium,
10 † & cum gladio percuſſit & uulnerauit animo occidendi non tamen occidit nunquid de homicidio puniendus ſit, dic quod iuris rigore punitur pœna ordinaria, ut in. l. 1. §. diuus. Ibi ſed uulnerauit ut occidat, pro homicida damnandus eſt. ff. de ſiccar. l. aut facta. §. euētus. ff. de pœnis. l. ſi is qui cum telo. C. de ſiccar. nam uoluntas, & actus pro facto reputatur, hodie tamen ſecundum conſuetudinem, & formam ſtatutorum punitur pœna extraordinaria arbitrio iudicantis, vt voluit Bonifacius in tit. de inſultu, nu. 15. fol. 189. Alex. conſ. 15. 1. uolumi. Care. in ſua pract. §. homicidii. nu. 8. fol. 58. Grammat. conſi. 36. num. 12. & uoto. 8. nu. 19. & 21. Marſi. conſil. 7.

Quæritur ſi ex forma ſtatuti cautum ſit quod ſi quis percuſſerit aliquem in domo ſua puniatur pœna libr. 100.
12 † & dum aliquis eſſet in via proiecit gladiū, vel alia arma contra aliquem exiſtentem in domo ſua, & eum percuſſit & uulnerauit quæritur an pœna dictarū lib. 100. puniendus ſit dic quod non, quia ſemper inſpicitur initium. Et non finis delicti, vt voluit Alexand. in conſi. 74. col. 2. uerſi. quod ad aliud in. 3. uolu. & ratio eſt quia percuſſus non erat in domo percuſſoris, ut ſo-
13 nare videntur verba dicti ſtatuti a quibus nullatenus eſt recedendum ut. l. non aliter. ff. de legatis. iii. l. 1. §. ergo. ff. de exerci. acti. pone quidam deliquit in vna iu

riſditione

24 riſditione † propter quę non debet corporaliter puniri. Is poſtea captus eſt in alia iuriſditione, & ibi multa alia delicta commiſiſſet & confeſſus eſt. propter quæ omnino mori deberet, Dubitatur an in loco capturæ poſſit puniri. & condemnari, tu abſolute conclude ꝙ non. ratio. quia delictum ibi nō eſt commiſſum & eius iuriſditio nō fuit offenſa ſecundum tex. in. l. iii. §. i. ff. de re Milit. & l. ſi cui. §. fin. ff. de accuſa. Ratio rationis eſt, quia vbi quis deliquit, ibi puniri debet. auct. vt nulli iudic. §. ſi quis comprehenſorum. Bal. in conſ. 304. num. 2. volu. ii. vbi non conſideratur vnde eſt delinquens; ſed vbi eſt commiſſum delictum. & l. i. & . 2. C. vbi de Crim. agi oport. Gramm. Decis. 26. num. 6. & 9. Cal. & Io. de ana. in. c. i. de Rapt. Saly. in. l. ſeruos.

25 C. ad. l. iul. de vi. † Dubitatur etiā ſi quis Tar. exiſtens Paduæ interfecerit alium Taruiſinum & M. d. poteſtas Paduæ ob mortem iſtius proceſſerit contra homicidā, & illum abſentem in banno poſuerit de Padua & territorio. & quatuor locis, ac de ciuitate Venetiarū; An iudex originis poſſit inquirere & formato proceſſu cōtra eum procedere. Tu tene ꝙ non. q̃a de delicto eiuſdem hominis, non debet ſæpius quæri, Bal. conſi. 291. Trib. de cauſis. volum. iii. & in conſi. 304. donat. nu. 2. vol. ii. vbi conſiderat locum commiſſi criminis, & non vnde eſt delinquens. & in conſi. 313. vol. 4. vbi tenet ꝙ iudex originis nullo modo poſſit. Marſ. in. l. fin. num. 135. vſque. 141. vbi concludit ꝙ delinquēs extra territorium non poſſit puniri per iudicem originis, & in cōſ. 110. & refert ibi hanc eſſe communem doct. opinionē Ang. aret. in. 5. Tract. c. num. 83. tenet quòd iudex originis non poſſit inquirere. in terris eccleſiæ. Gramm. Decis. 26. nu. 6. vſque x. Alber. q. 36. in parte iii. Tract. ſtat. affl. Dec. 265. num. 6. & item quęritur ſi Sempronius vulnerauit Titium, & ipſe ſua culpa vel propter

26 coitum, † vel aliam cauſam, vel malam cuſtodiam, uel quia non faciebat ſe mederi, quod ſi feciſſet conualuiſſet mortuus eſt, nunquid Sempronius condemnabitur

nabitur de homicidio, dic quod non, vt in cap, tua nos extra de homicidio, nam damnum, quod quis ſua cul pa ſentit, ſibi imputet, ut.l.dãnum.ff. de regur.iur, idẽ
17 Petr. de Ancha, in conſi, 283.col.2. † vbi dicit, quòd ſufficit dictum vnius medici atteſtantis cum iuramen to vulneratum deceſſiſſe ex alia cauſa, quam ex vulne re, & idem Bonif, in ti.de inſultu & percuſſ.n.13.& nu, 31.vbi late ibi per eum, Bald.in conſil.328.in.2, uolu, uide Marſi, in, l.1, §, diuus.nume, 32.ff.de ſicca,
Item ſi quis irato animo inclinatis armis inſultum facit
18 contra te, † & tu dubitas ne te vulneret aut occidat ad tutelam tui corporis tu eũ percutis, uel occidis quæ ritur an tu tenearis de vulnerato, aut occiſo, dic quòd
19 non, ratio † quia quicquid ad tutelam ſui corporis quis facit iuſte facere uidetur, ut doc, in.l.ut uim, & ibi Iaſ.& Decius.ff.de iuſt.& iur. Fely.& Bal.in.c. ſignificaſti, de homicid, c, ſi uero, de ſenten. excomm. Franci, Aret, in conſil.34.col.2. Ang.in, l. qui aggreſſorem. C, ad.l, corne, de ſicca. Bar, in.l, 1.§.cum arietes.ff.ſi quad,
20 paupe, fecis, dica. † & quando dicatur quis facere ad tutelam, & defenſionem ſui, uide Bart.in, l. 1. §. diuus. ff.de ſicca, & ibi Marſ.ff.ad.l.cor, de ſicca, Boniſa. in tit, de inſul.& percuſſ.nu.9.late Flor.in.l.ſcientiam.§. qui cum aliter, ff.ad.l.aquil, Et Socin.in, l, 1.nu.17, col.3. ff, ſi cer.pet.cum infinitis vulgaribus. Cepol.in conſi. 28, incip.in Chriſti nomine.fol.34.num.25.& in prouoca to ad delictum ſemper pœna mitigari debet. Abb.in.c, 1.col.1.uer.puto tamen de iniur. Decius in, d, l. ut uim nu.2, ff.de iuſti. & iur,
Quidam Accurſius cum aliis ſociis ignorantibus inten-
21 tionem illius, quem aſſociabant † inſultum fecit, percuſſit, & occidit inimicum ſuum iſte homicida cum prædictis ſociis fuit captus; quæritur quid iuris de ſociis prædictis dico, & reſpondeo, quod quantum ad homici dam pœna ordinaria eſt puniendus, uulgata.l.1.§. & q hominem.ff.de ſicc.l.qua actione, §.occiſum.ff.ad.l. aquil.ſed ſi ſocii non fuerunt participes, nec ſcientes, vel

22 † auxi-

22 †auxilium dantes, dico quod non tenentur, nec puniuntur, quia deceptis, & non decipientibus iura ſubueniũt, ſed ſi conſtaret quod auxilium dediſſent cooperando ad maleficium committendum, & ſcienter aſſociaſſent tunc pro tali ope, & auxilio mitiori pœna arbitrio indicantis puniendi eſſent, ut uoluit Boniſa. in rubrica de inſultu, & percuſſ. nu. 38. Cœpo. in conſi. 34. fol. 44. nu. 20. ibi ſed quomodo. idem conſi. 27. & conſi. 1. Blanc. in. l. fina. num. 201. fol. 54. Care. in ſua practica. §. quarto, n. 2. 3. 4. fol. 76. quæ ſcientia utique probanda eſt, ut Bald. in. l. quicunque. C. de ſeru. fugi. Bar. in. l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. Et dicunt docto. prędicti in locis ſupradictis.

23 Sed ſi Titius fuit a pluribus uulneratus† & percuſſus pluribus uulneribus & dicatur, quod ex uulnere Alberti mortuus eſt ipſe uult probare, quod intulit uulnus in tali parte corporis, quod ex tali uulnere mori non potuiſſet, ſed quòd alius intulit uulnus mortale, & in ea parte corporis illud tale uulnus illatum fuit mortale nunquid ſit audiendus dico, quod ſic, vt eſt tex. in l. ita uulneratus. §. fin. ff. ad. l. aquil. & ibi Flo. l. 1. §. ſi quis ultro, ver. ibi, de innocentia ſua. ff. de qõ. & maxime ſi talis probatio fieret per teſtes, uel medicos peritos quibus propter experientiam artis ſuę credendum eſt, vt in. l. ſeptimo menſe. & ibi Bald. ff. de ſtatu. homi. c. ſignificaſti, extra de homici. Gramma. conſil. 49. nu. 3. & voto. 24. Hoſtien. in. c. conſtitutum. 50. diſtinctione. l. ſemel. ff. de re mili. cum infini. uulga.

Si idem Titius a pluribus percuſſus fuit, & Ant. legitime
25 conſtare uellet cuius ictu mortuus eſſet tunc puto, quod ille ſolus de homicidio puniretur, alii vero de inſultu & vulnerato ex quo non apparet de intentione eorundem volentium occidere, vt in. l. ſi. ff. de ſicca. & in. l. ſi is qui cum telo. C. de ſicca. Boniſa. in tract. de maleſi. in rub. de inſul. nu. 30. uer. ſi uero in rixa.

26 Duo fratres videntes inimicos ſuos † tranſitare ánte eorum domum inſurrexerunt in eos & illis in terram

deiectis

deiectis cum manibus, & pedibus fortiter percuſſerunt: iſti percuſſi accuſant percuſſores inſtantes iſtos puniri ex forma ſtatutorum loquentium de percuſſionibus quæritur an iſti percutientes bis aut ſemel condemnari debeant,dic ut per Albe.diſputantem iſtam quæſtionem ad partes in tractatu ſtatutorum in ſecunda par-
27 te.q. 32. † ubi conſiderat quando plures ſe inuicem coadunant quod facit ad multa indies occurrentia , nã proprie collecti dicuntur quando ad hoc principaliter ſunt uocati,& collecti utputa ſi quis faceret teſtamentum conuocatis teſtibus tunc dicitur, quòd conuocati proprie dicuntur quando ad illum effectum ex propoſito ſunt uocati,alleg.l.hęredes palam.§. in teſtamentis.ff.de teſta.& ſic in materia ſectæ,& monopolii, qđ conuocatis hominibus intelligitur quando ex propoſito,& ſtudioſe ſunt coadunati, ut ibi per eum Barto.in .l.prætor.§.hoc edicto,el ſecundo.ff.ui bono.rap.
28 Sempronius uulnerauit Titium non mortifere † ex ſucceſſu temporis ſuperuenit febris & mortuus eſt nũquid Sempronius de morte puniendus ſit , Gand. in tract.de maleficiis in rub. de homicidio , circa finem. nume.23. diſputauit iſtam quæſtionem , & quærit an percuſſor teneatur de uulnere tãtum an de occiſo. Al-
29 be.in tracta.ſupra ſecunda parte quæſtione 36.dicit, quòd ſuper hoc ſtandum eſt iudicio medicorum , & quod ita in facto obtinuit alleg.ea quæ dixit in.l.huic ſcriptura.§.1.ff. ad.l. aquil. & maxime ſi uulneratus poſt uulnus illatum uiuat lõgo interuallo.ut poſt octo menſes non præſumitur deceſſiſſe ex uulnere illato , ſed aliter ut.c.2.cum ibi not.extra de cler.percuſ. quæ omnia uide Cœpol.in conſil.61.fol.70.per totum ubi multa conſiderat.Et primo depoſitio medicorum. Secundo ſi febris ſuperuenit die tertia, poſt illatum uulnus . Tertio ſi medici in ipſa cura circa dictum uulnus proceſſerint debito ordine & canonice. Quarto ſi percuſſus non peccauerit in ſex rebus non naturalibus , quæ omnia uide & conſidera .

Quæ-

Quæritur ulterius an aggreſſus poſſit impune aggreſſo-
30 rem interficere pro rerum ſuarum † & perſonæ defenſione dic,quòd ſic quando aggreſſus eſt conſtitutus in periculo,& diſcrimine uitæ ſuæ, ut in.l.ſi quis percuſſorem,&.l.is qui aggreſſorem.C.ad.l.Corne. de ſicca.& in.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l.aquil.quæ quidem opinio. etiam de iure cano. comprobatur, ut in.cap.ſi furioſus,de homicid.in clemen. glo.1.in.c.ſuſcepimus.de homicidio in uerbo ligauerunt. Cępo.in conſil.44.per totum,& in.l.ſed & ſi quæcunque.ff. ad l.aquiliam. Flor.Raph.Fulg.in.l.i.C.unde ui.

Titius debilitauit Sempronium in digito ſiniſtro cum fra
31 ctura oſſis † & digitum ipſum penitus debilitauit. Quęritur an Titius prædictus teneatur pœna ſtatuti prouidẽtis de eo qui hominem debilitauerit in aliquo membro,dic quòd non,quia digitus non eſt membrũ, ſed membri pars,& officium,ut dicit Barto.& Imo.in .l.2.ff.de publi iudi.Bald.in.c.1. de noua for. fidel. in uſib.feud.& in auct.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.& Alber.roſe.in tracta.ſtatutorum.2. par. q.25. & pulchre per Fely.in.c.cum illorum,in uer.& utrum digitus de ſententia excommunicatio .& guido Papa.q.278.

Formata fuit inquiſitio contra Titium de uulnere illato
32 in perſonam Sempronii † & dum formaretur proceſſus ſuper dictis uulneribus,& facta proclamatione contra Titium,Sempronius uulneratus moritur quæritur an ex eadem inſtantia ſequi poſſit condemnatio contra Titium de occiſo,dic ut late per Alber. de roſe. in 2.parte.ſtatu.q.46.incip.item quęro continuando,qui examinat hanc quæſtionem,& conclude,quòd neceſſarium eſt formare nouam inquiſitionem de morte & ita communiter practicatur.

Statuto cautum eſt quod offenſa illata alicui ad præſen-
33 tiam Clariſs.Domi.Poteſtat.† puniatur arbitrio ſuæ Magnificentiæ quidam in præſentia Poteſtatis dixit alicui multa verba iniurioſa an incurrerit talis in pœnam ſtatuti dic,quod ſic;vt dicit Albe.in tracta. ſtatu-

to. in. 2. parte.q. 173. ubi dicit quod verba iniurioſa
34 † continentur ſub dictione offenſa,& idem in.l.cum te.C.de inof.teſtamen.&.l.in ipſius.C. fam. herſci.& in ſuo alphabeto in dict ione offendens.

Aliquis offendit aliquem in ciuitate Paduæ ubi uiget
35 ſtatutum, † quod qui percuſſerit aliquem in ciuitate Paduæ puniatur in libris. 200. paruorum, & ſimiliter eundem offendit in diſtrictu Paduano quæritur an puniendus ſit ex forma dicti ſtatuti.dic quod ſic,ut Alberi.in.l.2.ff.de verb.ſign.l.3.de ſuppelec.leg.tex.expreſſus in.c.ſi ciuitas,de ſenten.excom.& ibi Fely.& Bal. & idem Albe.in tract.ſta.ii.par.q.216.

Statuto cauetur, quod qui verberauit aliquem puniatur
36 in decem†quidam percuſſit Sempronium cum pugno quæritur, an iſte talis puniendus ſit pœna ſtatuti. dic quod non,ut inſtitu.de iniur.§.ſeruis, nam magis dicitur percuti quam verberari,ut in.l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi mulier.ff.ad.l.aquil.Alberi.in tract.ſtatuto.in.ii.par. q.230.incipien.pone ſtatuto.

37 Quidam accuſatus de maleficio† & proclamatus non comparuit in termino, & poſitus fuit in banno cum hoc quod a banno prædicto poſſit ſe liberare ſoluendo libras. 100. iſte bannitus deceſſit quæritur an dictæ libræ exigi poſſint ab hæredibus iſtius banniti dic qđ Iaco.belui.& Bal.in.l.ex iudiciorum.ff.de accuſ.diſtinguunt quod aut dictum eſt in banno,quod iſte talis nō poſſit exire a banno niſi ſoluat.100. & tunc dicunt hæredes non teneri per.l. ſi quis ſub conditione.ff. ſi quis
38 omiſ.cau.teſta. †Si uero dictum eſſet condemno, uel mulcto dictum talem in lib.100.dicunt hæredes teneri alleg.l.1.uer.cæterum.ff.ſi quis ius dicen.non obtēp. & Albe.in.l.1.§.fi.C. ex delict.defunct. & idem Alb. in.q.ſtatuto.in.4.par.q.25.

39 Quidam ex morte Titii fuit iniuſte† & non rite bannitus, & deſcriptus in libris bannitorum Sempronius in loco prohibito, & infra confinia ſui banni dictum bannitum interfecit. Quæritur an Sempronius ſit excuſatus,

cuſatus, & contra eum per poteſtatem poſſit procedi, dic quod contra eum modo aliquo non poteſt procedi, vt per Alb. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrog. act. & in. l. penul. ff. de adult. & idem Albe. in tracta. ſtat. in. 4. par. q. 30. & q. 75. incip. exiſtente Poteſtate ciuitatis Piſtorii, & ex prædictis poſſunt ſolui omnes quæſtiones quibus quæritur an banniti iuſte, uel iniuſte poſſunt impune offendi. Et ob id aduerte quod bannitus poteſt impune interfici, quando eſt bannitus ex delicto pro quo pœna mortis imponitur, ut eleg. conſuluit Cœp. conſil. 5. nume. 12. Alberi. in tract. ſta. 4. par. q. 18.

FORMA RELAXETVR ex carceribus.

RElaxentur contraſcripti, Titius & Sēpronius ex carceribus pro nunc ſtante purgatione inditiorum, quo uero ad reliquos pro nunc nihil dicimus.

INQVISITIO PRO INSVLTV & blaſphemia.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per Magnificum & clariſſimum Dominum poteſtatem Paduæ, nec non per ſpectab. Dominum Iudicem maleficiorum ex eorum & cuiuſq; eorum Poteſtate arbitrio, atque bailia, nec non ad querelam Accurſii Florentini commilitonis, contra & aduerſus.

Titium & Sempronium
fratres filios .q. Thomæi de Glaura.
Et alios loco & tempore propalandos.

IN eo, de eo, &c. Quod in nocte vigiliæ ſanctæ Catherinæ proxime prçteritæ die 25. Nouembris, dum iuſſu Clariſſimi Domi. Poteſtatis, & Capitanei, Comeſtabilis prædictus, ſumptis ſecum ſeptem ex officialibus iret uagando per ciuitatem obuiandi cauſa ne contra formam proclamationum ferantur arma, & committantur ſcandala prout fieri conſuetum eſt, & cum fuit in contrata ſancti Firmi ibi reperit in uia publica nonnullos ad numerum quinque, & dum pro exercendo officium ſuum perquiſiuiſſet unum ex illis ſub capa an haberet arma, nec ne ille hoc ægre ferens dixit io ſon Gintilhuomo, ne ſon homo da cercar, & de queſto me ne reſentiro, ſe doueria pur hauer qualche riſpetto a gentilhomeni, Exinde receſſit, & procedendo ad exequendum officium ſuum cum deueniſſet ad plateam ſancti Leonardi reperit ibi quamplures armatos ad numerum octo armis haſtatis, enſibus, & rotellis, quos ipſe comeſtabilis requiſiuit cur ita incederent armati, qui reſponderunt, che ne haſtu ha far de queſto, tunc parte eiuſdem Clariſſimi Domi. Poteſtatis & Capitanei petiit ab eis arma ſibi dari. & unus ex ipſis eo tunc dixit Putana de Dio me cognoſciſtu ſon quello, che poco auanti me cercaui. et his prolatis uerbis omnes prædicti unanimes cœperunt in ipſum comeſtabilem, & officiales admenare cum dictis eorũ armis adeo, quod niſi melius quo potuerunt ſe defendiſſent ictus in ſe factos repercutiendo fuiſſent ab eis multum male tractati, & forſan aliqui eorum interfecti, quare conſtito de præmiſsis petit, & inſtat ſuper hoc inquiri, & procedi ad hoc ut poſſit ſuum exercere officium, & procurare ne ſcandala committantur in ciuitate ſicuti illuſtriſſimi Duc. Do. intentio eſt, &

culpa-

culpabiles repertos punire,& ut latius in denuncia ipſa legitur, & continetur committentes prædicta omnia contra,Deum ius & iuſtitiam,in uilipendium regiminis,& contra form am partium,& legum ſubinde diſponentium.

Super quibus omnibus & ſingulis &c. Annexis & connexis,& dependentibus, & emergentibus idem Clariſs. Domi. Poteſtas procedere, & inquirere intendit, tam pro inſultu, quam delatione armorum, ac de blaſphemia,& ipſos culpabiles repertos punire & condemnare ſecundum formam iuris,& ſtatuto.

FORMA RELAXETVR PRO NVNC ALIO MODO.

MAgnificus & clariſſimus Domi.Poteſtas.& Capitaneus cum ſua ſapientiſſima curia uiſo toto præſenti proceſſu; una cum depoſitionibus teſtium examinatorum tam ad offenſam,quam ad defenſam Titii, & sempronii carceratorum & omnibus iis quæ in proceſſu ipſo hactenus deducta ſunt, & habita ſuperinde matura, & diligenti conſideratione omni meliori modo &c. Pronunciauit,& pronunciando declarauit præfatos Titium,& Sempronium pro nunc ex carceribus relaxari debere ſtante purgatione inditiorum,quo vero ad reliquos pro nunc nihil dicimus &c.

INQVISITIO PRO BLASFEMIA.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus ſeu forma inquiſitionis,quæ fit & fieri intenditur per Clariſsimum Domi. Poteſtatem, & Capitaneũ Taruiſii,nec non per Spect. Dominum Iudicem maleficiorũ ex eorum & cuiuſq; eorum arbitrio Poteſtate atque bailia,necnon ad quęrelam Titii de Aleſſis contra & aduerſus.

Accurſium filium Ambroſii de Lazaris.

IN eo, de eo, & ſuper eo, Quod die Dominico. 20. inſtantis accuſator prædictus dum eſſet ſub certo ſchiezono villæ Criſpani cum Antonio eius famulo vbi aderant quamplures nobiles Tar. inquiſitus prædictus uir malignus ibi exiſtens cœpit minari Antonio prædicto de eum offendendo, & male tractando ſi ipſum cum equis in ſuis campis reperiret quibus auditis accuſator prænarratus dixit contra dictum Accurſium, non dir de dar delle botte al mio fameglio, ma s'el ti fa danno alcun ua con il mezzo della ragion, ouero fa mi ueder il tuo danno, che ti lo ſatisfarò, tunc inquiſitus ipſe uir quidem audax, & malignus parum timens uires iuſtitiæ totus furibundus in hęc verba prorumpit al deſpetto d'Idio, & al ſangue della uerzene Maria, io ſo, che ſel trouarò gli ſchauezzarò le brazze, & anchor ui darò a voi, tunc inquiſitus ipſe perſiſtens in eius temeritate, & audacia in die mercurii. 23. eiuſdem menſis ſciens & pro cõperto habẽs prædictos equos reperiri ĩ dictis cãpis cõuocatis aliqb. ex ſuis domeſticis ibi ſe contulit, & multomagis ira & rabie accenſus auſus fuit in hæc verba prorumpere Antonio potta della noſtra Donna non te hò io fatto intendere, che non debbi uenir con gli caualli in queſti campi tu li ſei pur torna, tunc Antonius nolens cum ruſtico irato & maligno contendere quo melius potuit inde receſſit, ſed inquiſitus ipſe, quod medio iuris aſſequi non poteſt ui, & armis obtinere decreuit, apprehenſis ipſis equis, eos ligauit, & conduci fecit ad habitationem ſuam, illos de facto retinendo, & in uſus ſuos conuertendo contra mentem D. Accuſatoris. Committendo dictum exceſſum ſcienter, doloſe, atque data opera contra Deum ius & iniuſtitiam in uilipendium regiminis, & regulã, ac normam bene uiuendi, & contra formam legum ſubinde diſponentium.

Super

Super quibus omnibus & ſingulis Idem Clariſſimus Domi. Poteſtas & Capitaneus procedere intendit & ipſum culpabilem repertum punire ; tam blasfemia; quam de ui priuata ſecundum formam iuris. & ſtatutorum &c.

SVMMARIVM.

1. *Crimen blaſphemiæ publicum eſt.*
2. *Periurantes de iure ciuili, an pœna mortis puniendi ſunt.*
3. *Blaſphemantes calore iracundiæ, vel ebrietate qua pœna puniendi ſunt.*
4. *Blaſphemantes qua pœna de iure canonico puniri debent.*
5. *Blaſphemia, & maledictio, an ſit vnum, & idem.* 6.
7. *Blaſphemantes Deum & ſanctos vno impetu an vnica, vel duplici pœna puniendi ſint.*

1 QVIA crimen blasfemiæ publicum eſt † & contra illos qui dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ Saluatorem blasfemauerint iurauerint, uel uerba inhoneſta contra eum protulerint, inſurgunt iura, 2 † & armantur leges, & de iure ciuili pœna talium blaſfemantium, & periurantium Deum ad mortẽ puniendi ſunt, ut in auctenti. ut non luxurientur contra naturam. §. & quoniam, col. 6. & hoc ſi ſponte, & uolunta-3 rie blasfemauerint, † qui uero calore iracundiæ, uel ebrietate, uel dementia, leuius puniuntur arbitrio tamen iudicantis, ut in. l. quicquid calore iracundię. ff. de reg. iur. & ibi Decius nume. 7. 8. Flor. in. l. ſed etſi quæcunque. §. 1. ff. ad. l. aquil. Grammat. conſi. 15. num. 14.

4 pœna uero blasfemantium † de iure canonico aliter pu
niuntur,ut in.c.2.de maledicti,& an blasfemare,& ma
5 ledicere ſit unum , & idem † uide quæ dicit Bart. in.l.
item apud labeonem.§.1.nu.4.ff.de iur.iu.quem refert
Io.de Ana.in.d.c.2.de maledicti, Ange. Are.in tracta.
6 malefi. in uerbo iniurioſa , nume.13. † ubi dicit quod
idem eſt blasfemare, & uerba iniurioſa in Deum pro-
ferre.Et idem dicit Bal.in.l.1.C.ſi quis imperatori ma
ledixerit,quod idem eſt blasfemare, & maledicere, &
hoc idē uoluit Maria.Socin.in.d.c.2.de maledict. hoc
idem Bald.conſi.476.nu.1.in.3.uolum.Cor.con.181.
per totum in primo uolu.hodie uero per decreta Illu-
ſtriſſimi Duc.Dominii.1542.&.1548. & ſtatuta terra
rum aliter prouiſum eſt contra periurantes, & blasfe-
mantes Deum,Sanctos,& Beatam Virginem, ut om-
nibus notum eſt .

Quæritur inſuper ſi quis blasfemauerit Deum,& omnes
7 ſanctos cum eo † uno impetu,an unica pœna, uel du-
plici puniendus ſi dic, quod unica tantum pœna eſt pu
niendus,quando maxime uno impetu ſimilem blasfe-
miam protulerit , ut uoluit Alberic.in tract.ſta.2.par.
q.32.Bal.in.l.ſi duo rei.§.ſemel.num.2.ff.de arbi. ubi
multa dicit Marſi.idem in.l.ſi in rixa,num.21. fol.23.
.ff. de ſicc. & quia in ſupradicta inquiſitione tractatur
de ui priuata ideo examinanda eſt illa uulgatis regula
an ſpoliatus de facto ſit reſtituendus , & quia non re-
peries alibi hæc omnia tā accumulate ordinata ideo ad
uerte,& nota.

SVMMARIVM.

Spoliatus de facto , an ne facto reſtitui debeat limita,vt infra, videlicet.

1 *Non habere locum,quando poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis.*

2 *Quando*

2 Quando ſpoliatus reconuenitur ſuper quæſtione ſpoliationis.

3 Quando excipienti de proprietate prçiudicaretur poſtea ſuper poſſeßione.

4 Quando præſumptio iniuſtæ poſſeßionis eſſet fundata de iure communi contra agentem poſſeſſorio.

5 Quando notorie conſtaret de iure ſpoliantis, et de non iure ſpoliati.

6 Quando ſpoliatus peteret reſtitutionem coniugis, & probationes incontinenti eſſent ſuper conſanguinitate.

7 Quando ſpoliatus confidens de iure ſuo conſentit vt admittatur exceptio defectum proprietatis concernens.

8 In prædonibus qui morantur in ſtratis publicis ad depredandum, & occidendum.

9 Quando poſſeſſorium, & petitorium ſimul intentantur ab eadem perſona.

10 Quando agens proponit ueram violentiam aliter ſi fictam.

11 Quando renunciatio cum iuramento prçcedit ſpoliationem.

12 Quando exceptio, quæ obijcitur ſpoliato non requirit ſpoliationem facti.

13 Quando petitio in poſſeſſorio eſſet iuri publico & iuri communi contraria.

14 Quando actor allegat canonice poſſediſſe, aliter non.

15 Quando

15 *Quando agitur pro recuperanda poſſeßione, quæ vacabat in tempore quo fuit occupata per reum conuentum.*

16 *Quando quis vult poßidere duo beneficia incompaßibilia.*

17 *Quando obijcitur crimen inhabilitans perſonam ad agendum, vt in banno, vel excommunicato.*

18 *Quando obijcitur crimen hæreſis, quia ſi non poteſt poßidere minus ſpoliationem intentare.*

19 *Minus poteſt in materia ſchiſmatis.*

20 *Minus etiam poteſt in caſu intruſionis.*

21 *Quando opponitur criminis enormitas.*

22 *In caſibus. c. ſignificaſti. & cap. gaudemus de diuortijs.*

23 *Quando quis conditionaliter poßidet, & ante euentum conditionis ſpolietur.*

24 *Quando dominus deiecit aliquem de poſſeßione ſua.*

25 *Quando ſpoliatus exciperet de ſpoliatione.*

26 *Quando a muliere obijcitur ſæuitia uiri.*

27 *Quando quis ex gratia, vel ex precario poßidet.*

28 *Quando quis poßidet vt colonus, vel inquilinus.*

29 *Quando de dominio apparet per ſententiam abſolutoriam latam in fauorem rei in petitorio iudicio.*

30 *Quando quis clandeſtine ſpoliatus, quia tunc poterit reus qui clam ſpoliauit agenti poſſeſſorio opponere exceptionem dominij ſui.*

31 *Quando proceditur per vim expulſiuam, vel ablatiuam ſecus quando per vim compulſiuam, quis eſt priuatus.*

32 *Quando obijcitur de dominio acquiſito poſt ſpoliationem.*

33 *Quando ante ſpoliationem proponitur tacita renunciatio beneficij facta ante ſpoliationem per aſſumptionem ſecundi beneficij incompaſſibilis.*

34 *In caſu cap. in literis. de reſtitu. ſpoliat.*

35 *Quando opponens de dominio habet probationem paratam per inſtrumentum publicum.*

36 *Quando ſuper reſtitutione fienda immineret peccatum, quia tunc differri debet reſtitutio.*

37 *Quando prelatus eccleſiæ ſpoliaſſet poßidentē rem eccleſiæ, & incontinenti opponeretur exceptio dominij ſpectantis ad eccleſiam, & illico offeret ſe probare.*

38 *Quando ſpoliato obſtaret exceptio dominij oppoſita per tertium.*

39 *Quando expreſſe conſtaret ſpoliatum agentem nullam habere cauſam; & intereſſe ſuæ poſſeßionis.*

40 *Quando opponitur exceptio paupertatis con-*

uenti

uenti contra ſpoliatum agentem.

41 *Quando ſpoliato agenti ad reſtitutionem beneficij eſt appoſita per Papam clauſula ſpecialis uel generalis cum decreto annullatiuo.*

42 *Quando ſpoliatus non ageret poſſeſſorio recuperandæ, ſed per actionem furti, vel ui bonorum raptorum.*

43 *Quando directe non agitur contra ſpoliatoré, ſed contra tertium habentem cauſam ab ipſo ſpoliatore aliquo remedio poſſeſſorio.*

44 *In omnibus caſibus vbi non datur poſſeßio.*

45 *Quando mulier expellitur a marito propter dotem promiſſam, & non ſolutam.*

46 *Quando poſt violentiam & ſpoliationem factam interueniſſet conſenſus ſpoliati.*

47 *Quando ex ſola poſſeßione facti nulla interuenit poßeßio iuris immo nuda poſſeßio.*

48 *Quando laicus petit reſtitutionem decimarum licet de facto poßideat.*

49 *Quando in reſtitutione facienda immineret magnum periculum.*

50 *Quando ſimiliter, quis pateretur magnum damnum.*

VVLGARIS eſt regula quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, vt in.c.reintegranda.3.q.1.l. ſi quis a ſe fundum. C.ad.l. iuliam de ui publica. Alex.& doct. in.l. naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqui.poſſ.c.ſi.de ordine cognitionum.c.in literis.capi. item cum quis,& in.ca.conquerente in uer. integre de reſti.

ſti.ſpolia.& in.c.ſolicite,eo.ti.vbi ſpoliatus debet reſtitui uſque ad minimum quadrantem etiam ſi iniuſtiſſime poſſideret, vt Bald. conſi. 135.nume. 1. uol.2.& 139.num.1.in.3.vol.Cœpol.conſi.19.4. nu.in ciuilib. & iſta ita vera ſunt,vt ante meritum ſpolii aduerſarius nullo modo audiri debeat,etiam ſi unus denarius deeſſet.Dec.conſ.34.col.vt.nu.6.Bald.in cap. conquerentem.col.1.uer.integr. de reſtitut. ſpoliat. qui ſpoliatus debet duo probare ſe poſſediſſe, & eo tunc ſpoliatum fuiſſe.c.conſultat.ff.de offic.de legat.Dec.conſi.25.nu. 1. & 2.

Limita primo hanc regulam vltra.11.fallentias,quas ponit Lanfran.Brixienſis in repet.rub.de cauſ.poſſ. & pro
1 prie.in.6.7.col. † non habere locum quando poſſeſſorium ſapit cauſam proprietatis ſeu habet annexam & mixtam proprietatis cauſam,ut in.l.2.§. quędam.ff. de interdic. uolunt omnes doct.& ibi Bar. & Alex. in.d. § nihil commune,& Cano.in.c.ſolicite,de reſti.ſpol.et Abb.in.d.c.in literis,eo.ti.

Limita ſecundo dictam regulam non habere locum niſi
2 † ſpoliatus reconueniatur ſuper quæſtione ſpoliationis tex.eſt.in.c.fi.de ordi.cogni.& not.dec.in conſ.ec. num.4.vol.ii.& dic ut ibi per eundem.

3 Limita tertio ſi excipienti de proprietate † pręiudicaretur poſtea ſuper poſſeſſione ſi poſtea agendo petitorio,& obtinendo non poſſet faciliter reddi ipſa poſſeſſio in ea forma in qua nunc eſt utputa ſi eſt talis poſſeſſio, quæ per modicum tempus corrumpitur, ut eſſet corpus mortuum ſecundum Innoc.in.c.cum liberum de ſepulturis facit,ꝙ.notatur in.c.i literis,de reſti. ſpo.

4 Limita quarto † non habere locum ubi præſumptio iniuſtæ poſſeſſionis eſſe fundata de iure communi cõtra agentem poſſeſſorio, quia tunc talis poſſeſſio admittitur contra agẽtem poſſeſſorio recuperandæ per.c. ad decimas, de reſtit. ſpolia. lib.6. & ſic quando notoriæ conſtaret de nõ iure ſpoliati ex quo ius commune eſt contra eum ſecundum Imo. poſt Bald. in. d.§. nihil

com-

commune, de acqui.poſ.

5 Limita quinto ubi in omni ſpoliatione † notorie conſtaret de iure ſpoliantis,& non de iure ſpoliati ſecundum Innoc. in.c. cum eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſ. & proprie.& ibi Abb.in.5.col.uerſic. ſed circa prædicta quæru ubi dicit,quod prædo,& poſſeſſor male fidei eſt reſtituendus niſi conſtet in iudicio eum eſſe prædonem, quod eſt notandum pro limitatione capituli in literis reſti.ſpol.& facit.c.ad decimas,eo.tit. Innocen. in.c.conſtitutus de filiis presby.& doct. in.c.in literis, & Abb.in.c.ex parte circa fi.eo.ti.

6 Limita ſexto per.c.in literis, de reſti. ſpol. † quando ſpoliatus peteret reſtitutionem coniugis, & probationes ſuper conſanguinitatē incontinenti probandæ offerrentur iudici, quia tunc impediretur reſtitutio, ſecus uero ſi non offerrentur incontinenti,ut in.c.ex cōqueſtione.eo.titu.

7 Limita ſeptimo † niſi ſpoliatus confidens de iure ſuo conſenſerit ut admitteretur exceptio defectum proprietatis concernens,ut in.c.1.de reſt.ſpo.

8 Limita octauo in prædone † qui moratur in ſtratis publicis ad depredandum,& occidendum,ut eſt tex.in.l. 1.C. quan. liceat unicuique ſine iudi. ſe ſuendi. eſt gl. ſing.in.c.in literis in uer.prædo. eo.tit. quam Bal. ibi magnifacit dicens, quod qui poteſt offendi in perſona multifortius in bonis.

9 Limita nono † quando poſſeſſorium & petitorium ſimul intentantur ab eadem perſona ſpoliata,ut eſt tex. in.c.cum dilectus de ordi.cog.

10 Limita decimo regulam procedere † quando agens proponit ueram uiolentiam ſecus ſi fictam, quia tunc contra eum obſtat exceptio dominii conuenti,ut in.l. fi.&.in.l.inua ſor.& ibi doc.C.unde ui.Barto.in.l.ſi de ui.ff.de iudi.

11 Limita undecimo † niſi ſpontanea abiuratio, ſeu renunciatio beneficii cum iuramento præceſsiſſet ſpoliationem, quia reſtitutionem petere non poteſt nam

per

per ipſam renunciationem perdidit tam proprietatem quã poſſeſſionem, & quia notorie obſtat ſibi defectus proprietatis ut eſt tex.pulcher in.capitu.accepta,de re ſtitu.ſpol.

Limita.12.ſecundum Bald.in.l.pen. C. ſi a non compe.
12 iud. in fin.† quando exceptio quę obiicitur ſpoliatio non requirit probationem facti alleg. Old.conſi.271. & Alexand.ibi in apoſtillis alias conſi:224.&.274.in cip.in cauſa, quę uertitur, & in dicto conſil. 224.inci. iſtæ ſunt allagationes.

13 Limita.13.quando petitio in poſſeſſorio eſſet iuri pu blico,& iuri communi cõtraria,quia tunc auditur exci piens ita dicit Bal.in.l. ſi quis conductionis circa, ſi. C.loca.& in titu.de pace conſtan. uer.omnes ibi adde quod ſpoliatus & in.l.1.c.2.de mo. poſſ.

14 Limita.14. ſi actor allegert†canonice poſſediſſe aliter non eſt admittendus per iudicem,vt in.c.cõſtitutus.de ſi.presby.ca.1.de reg.iur.in ſexto,ſecundum Bal.in.d.ſi quis conductionis.

15 Limita.15.† quando agitur de recuperanda poſſeſſio ne, quæ uacabat in tempore quo fuit occupata per reũ conuentum glo.eſt notabilis,in.l.fin. C.vnde ui, quã doctrinam ibi approbant Docto.& Ange.in.l.2.C.de edicto di.adri.tol.

16 Limita.16. niſi exceptio defectus † proprietatis eſſet notoria ex præſumptione iuris,ut quia poſſidebat duo beneficia incompaſſibilia, uel eſt minoris ætatis reſpe ctu illius beneficij, quæ obſtaret agenti poſſeſſorio. Io.An.in acd .ad Spe.in rubr.de reſti.ſpol.Butri.in.c. in literis,eod ti. licet Abbas ibi contrarium ſentiat in pe.col.per.c.ex inſinuatioae, de procur.

17 Limita † niſi crimen oppoſitum inhabilitaret per-ſonam ad agendum,vt excommunicatio,uel bannum quia tunc obſtabit agenti poſſeſſorio.Butr.in.cã. item cum quis,in glo.2.de reſti.ſpol.alleg.gl.in.ca.ex inſi-nuatione,in uer.canouicum,de procur. vbi idem dicit de pacto de non petendo reſtitutionem, uel de re iudi

cata,

tata, uel de ratihabitione ſententiæ latæ cum falſo procuratore Abbas in.c. item cum quis in dicta glo.2. alleg. aliam glo.in.c. dilectus in uerbo excommunicationis de reſcriptis & glo.in.c.in nomine domini in uerbo audientia.23.diſtin. Tu adde aliam in.§.1. in glo. magna, in fine.14.q.1.& ibi Archid.glo. in.c. infamis .§.ueruntamen, in uerbo dum putaretur prope finem ibi ſed excommunicatus in nullo.3.q.7.fallit primo in excommunicato, excommunicatione minori, Archi. & Gemi.in.c.1.in fin.23.diſtin.fallit.2. niſi conueniatur ab excommunicatore, uel ab eo qui fecit eum excōmunicari Specu.in tit.de poſſ.& peti.§.fin.in uerſi.21. fallit.3. ubi ſpoliatio impediret implementum actus permiſſi excommunicato puta ire Romam pro abſolutione impetranda Abbas in.c.intelleximus, in.3.col. ibi hoc dictum limita uerum in iudiciis fallit quarto niſi ſpoliator eſſet fugitiuus, uel res eſſet peritura. Abbas in.c.cum inter q.3. colum.de except. fallit quinto ſi eſt ſpoliatus uxore ſua, glo.in.c. quoniam, in uerb. uxores.11.in.5.Quod intelligo officio iudicis non per uiam actionis Abbas in.c.fin.in.6.colum.de ordi.cog. poſt Cal.& Butr. fallit ſexto quando excommunicatus non uenit proprie. ut actor, ſed ut reus Abb. in.c. ex inſinuatione, in.3.col.de procu.

18 Limita.18.niſi obiiciatur † crimen hęreſis quia ſi non poteſt poſſidere minus ſpoliationem prætēdere poteſt glo.not.in.c.ex parte in uerb.commodo deſtituta, uer. quandoque tamen, de reſtitu.ſpolia. But. & Abbas in d.c.item cum quis, eod.titu.in dicta glo.2. & in glo.in c.quo iure.in uerbo nam iure diuino.8.diſtin.

16 Limita.19. † in caſu ſchiſmatis.23.q.5.non uos, & glo.in ver.audientia.d.capitu.in nomine domini.23. diſtinct.

20 Limita.20.in caſu intruſionis†tex.& glo.in.d.ca. in nomine domini, &.3.q.1.patet, & glo.3. q.1. in ſum. ſed glo.ibi dicit hoc eſſe ſpeciale in Papa.

21 Limita.21.niſi opponatur criminis†ænormitas.3.q.

5.ſuper

5.ſuper cauſa item infamia,& criminis euidentia,ut.2.q.5.presby.&.q.1.ſcelus &.c. manifeſta.c. accuſatum, &.c.tanta de ſimonia,item contumacia,ut,3. q.9.decet nimus.Item ſcandalum.3.q.6.hæc quippe , ponuntur hæc in ſumma,3.q.1.per totum.

22 Limita.22.in caſu capituli ſignificaſti, † &.c. gaudemus de diuortiis.

23 Limita.23.niſi.aliquis cōditionaliterpoſſidens,& ante euentum conditionis ſpolietur non reſtituitur ex quo non poſſidebat cum conditio nihil ponat in eſſe. c. olī 1.de reſtit.ſpol.

24 Limita.24.† niſi continenti dominvs deiecerit aliquē de poſſeſſione ſua.d.c.olim.1.& gloſ.in uera reſtitutionem alleg l.1.§.uim ui.ff.de ui & ui arma,cum aliis cō cordan.

25 Limite.25.†niſi ſpoliatus exciperet de ſpoliatione q̄a tūc nō reſtitutionem non conſequitur,quia qui excipit nihil petit.capitu,cum dilectus.de cau. poſ.& proprieta.

26 Limita.26.niſi a muliere obiiciatur ſæuitia uiri. c. ex tranſmiſſa.de reſtit.ſpo,

27 Limita,27.† ſi ex gratia uel præcario poſſedit. 10.q. 3.c.quia cognouimus,& gl.pen.d.c.olim cauſam, & in c.quo ad quorundam de exc.prælat.

28 Limita.28.ſi poſſedit† ut colonus,l.fundum .ff. de ui & ui arma.

29 Limita.29.d.regulam † non habere locum quādo de domino apparet per ſententiam abſolutoriam latam in fauorem rei in petitorio iudicio ſecundum doct. contra Bart.in d.l.naturaliter.§.nihil commune argumento.c.cum teneamur,de appellationibus , & hoc ſiue cōuentus poſſeſſorio recuperandę incidiſſet in pœnam dictæ legis ſi quis in tantam.C.unde ui ſiue, non, & pro opinione cōi Modernorum facit, quod ipſemet Bar.in. l.1.§.ſed & ſi is.ff.de noui.ope.nunc.& ꝙ uoluit Inn.in c.cū dilectus,de cā poſ.& ꝓprie.Io.And,in. ca. paſtoralis,eo.tit.& i addi.ad Spe.i tit. de petitorio,& poſ.§.1.

N uer.

uer.quid ſi,& ibi fuit de mente ſpeculatoris.

30 Limita.30.dictam regul.†habere locum quādo quis fuit ſpoliatus,& agit pro uiolentia ſibi illata, quia tūc non obſtat exceptio dominii,ſed eſt ante omnia reſti tuendus,ſecus ſi clandeſtine fuit ſpoliatus, quia tunc poterit reus qui clā ſpoliauit agenti poſſeſſorio recuperande opponere exceptionem dominii ſui Bald.in addi.ad ſpeculum.d.§.nihil commune, alleg.text. in.l.ſi de eo.§.fi.ff.de acqui.poſ.& idem Bald.in l.ſi quis em ptionis.§.ſed hoc ſuper illis.C.de præſcrip.30. annorum.& in l.uis eius.C.de proba.Alleg.Matth.de matth.Lud.Rom.in.d.§.nihil commune Ange.in l.uitia. C.eo.Dy.in regu.iur.in ſexto.c. qui ad agendum.

31 Limita.31.† ſecundum Bald.in.d.§.nihil commune ut regul.ipſa procedat quando per uim expulſiuam ſeu per uim ablatiuam,quis eſt priuatus poſſeſſione ſecus ſi eſſet priuatus per uim compulſiuam,quia tunc regula non habet locum,ut ſi compulit te per metum ad tradendum,rem & feciſti licet coacte ſi agas ut poſſeſſionem recuperes poterit tibi opponi exceptio dominii per text.in c.ſuper hoc cum ibi not.in glo. de renun.& ſequuntur Imol.& Moder.in.d. §. nihil commune Bal.in penul.ff.de condi.ob turp. cau. Bar. in l. 2.C.quod met.cau.Bal.in.l.3.C.eo.tit. & ratio eſt qa tunc competit remedium actionis, quod metus cauſa quando præceſſit dicta uis compulſitiua ut in toto ti tulo,quod titulo,quod met.cau.in toto in titulo,quod met.cau.in quo remedio poteſt opponi exceptio dominii,quia illud non datur niſi damnum paſſo, & ſic non potes prætendere damnum ex quo tenebaris incō tinenti reſtituere per rei uendicationem ex quo poſſidebas de facto,& tenebaris mihi reſtituere non habens intereſſe in repetendo, per dictam actionem ita Azo.in ſum.quod metus cauſa pro quo facit text.in l. fin.§.fi.quod met.cauſ.

32 Limita.32.† quando obiicitur de dominio acquiſito poſt ſpoliationem interueniente facto,aut negligen

tia

tia eius qui poſſeſſorium intentat, ut uoluit Innocen. in c. ſuper hoc in glo. magna, de renun. & expreſſe affirmat But. c. ſollicite de reſt. ſpol. & Moder. in d. §. nihil commune.

33 Limita. 33. † ſi proponatur tacita renunciatio beneficii facta ante ſpoliationem per aſſumptionem ſecundi beneficii incompaſſibilis cum primo, ut probat tex. in c. audita, de reſtit. ſpo. quòd dictum approbant Moder. Peruſi. in. d. §. nihil commune.

34 Limita. 34. † ſecundum docto. in. c. in literis, de reſt. ſpol. Bald. in. d. §. nihil ubi per confeſſionem actoris, uel facti notorietatem apparet iudici poſſeſſionem nõ debere reſtitui per ea quæ habentur in. c. ſignificaſti, de diuor. & ibi not. Innocen. & in. c. conſtitutus, de filiis presbyt. & per gloſ. in. c. decimas, de reſti. ſpol. lib. 6. Bal. in. l. ordinarii. C. de rei. uend. & in titu. de pace conſtantiæ in uerbo reſtituatur, & per Ange. in. l ſi qs a ſe feudum. C. ad. l. iuliam. de ui publ. & Abbas in. d. c. in literis.

35 Limita. 35. niſi opponens † de dominio haberet probationem paratam puta per inſtrumentum publicum ſtante ſtatuto, quòd contra inſtrumentum publicum nihil poſſit opponi, & habeat executionem paratam ſicut ſententiam, nam ſicut opponens & probans de ſuo dominio per ſententiam auditur contra ſpoliatũ agentem, ut ſupra dictum fuit, ita & probans de tali dominio ſuo per tale inſtrumentum æquiparatur ſententiæ, ut voluit Barto. in ſimili in. l. vinum. ff. ſi cer. peta. & in l. in hac. ff. de triti. act. & in. l. 3. §. in hac. ff. comoda. ſecus ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum non haberet executionem paratam prout non haberet de iure communi. l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iud. & in. l. minor. 25. annis cui fidei. ff. de mino. quare licet incontinenti paratam habeat probationem, non tamen obſtaret ſpoliato agenti per id quòd nota. glo. in. ca. 1. de reſt. ſpol. & eſt de mente glo. in. l. fi. de ui. ff. de iudi. dum uoluerunt dictam probationem incontinenti pa-

ratã admitti ſolum in poſſeſſorio adiſcipendæ, & non in poſſeſſorio recnperandæ, & hoc uoluere Moder. Peruſini in.d.§.nihil commune.

36 Limita.36. † ubi in reſtitutione imminet peccatum debet differri reſtitutio.ſi probationes ſuper defectu ꝓprietatis offeruntur paratę iſta eſt ſingula.theorica Abbatis per illum text.in.c.in literis,de reſtit. ſpol. & bona gl.in.c.ſuper cauſa,ſecunda quęſtione quinta, ca,in ordine.

37 Limita.37.† niſi prælatus eccleſiæ ſpoliaſſet poſſidentem rem eccleſię,& poſtea conueniretur poſſeſſorio recuperande,nam ſi opponeret exceptionem dominii ſpectantis ad eccleſiam,& offeret ſe probaturum iu promptu deberet audiri.Bald.in.l.1.ad fin.C. de appella.ubi dicit quód taliter ſaluari poteſt glo.in.l.ſi de ui,ff.de iudi.quæ tenet quòd admittitur exceptio dominii in omnibus poſſeſſoriis quando reus ſe offert incontinenti probaturum,quæ tamen reprobatur præterquam in poſſeſſerio adipiſcendæ tamen ibi Bal.ſaluat.d.glo , etiam in iſto caſu & ſequuntur Moder. in.d. §.nihil commune per rationem concluditur,quia prælatus eccleſiæ inuadendo rem & poſſeſſionem rei eccleſiæ apud alium exiſtentem nõ facit incidere eccleſiam in pœnam. l. ſiquis in tantam,per glo.nota.in.c.1.de dolo & contu. uidetnr hoc non eſſe uerum per tex.innđta,glo.in cap.1.de ſti.ſpol.ubi glo.& communiter doc,tenent contrarium & niſi ibi ſpoliatus conſenſiſſet agens nomine eccleſiæ non fuiſſet admiſſus in petitorio,

38 Limita. 38.quod obſtabit exceptio . dominii ſpoliato oppoſita per tertiam perſonã,ut l, bona, fides,ff. de poſi.But.& Abba. in c.literis,in fi.de reſti. ſpol. Ang. in.d.l.ſi quis a ſe fundum,& Mod.in.d.§. nihil commune.Innoc.in c.ueniens de ſponſa.quòd But.dicit procere quando ius,tertii eſſet ſeparatum a iure ſpoliantis, conuenti,ut ſic ſpolians non reportet commodum de quo per Domi.de rota deci,149.limita tamen niſi ſpoliatus ageret per remedium attentatorum pendente ap

pellatione

pellatione,quia illud impediri non poterit per rationē aut.Imo.& Abba.in c.bonæ,de appellat.

39 Limita.39.† niſi eſſet talis exceptio per quam declararetur deficere ſpoliato agenti cauſam,& intereſſe ſuę poſſeſſionis per id qdod habetur in clemen. 1. de cau. poſſ.& proprie,ſecundum quoſdam ibi,ſed hoc non uidetur uerum indiſtinčte niſi forte in beneficialibus ſecundum doc.in d.cap.in literis, uel quando intereſſe deficit ex aliqua cauſa ſuperueniente poſt ſpoliationem.

40 Limita.† 40.ſi opponitur exceptio paupertatis conuenti contra ſpoliatum agentem nam illa obſtat etiam in hoc iudicio priuilegiato,ut habetur in c. olim el ſecundo de reſti.ſpo.quod procedit quando talis paupertas ſuperuenit propter ſpoliationem factam contra ipſum reum in re petita non ſic ſi ex alia cauſa,ut ibi notatur per domi.de rota,deci,444.incip.fuit dubitatum, & no.in c.frequens,de reſti.ſpo.in sexto.

41 Limita.41.† in reſeruationis papalis exceptione ſpeciali, aut generali cūm decreto annullatiuo, nam in illa obſtat ſpoliato agenti ad reſtitutionem beneficii, ita reſeruati cum talis reſeruatio Papæ afficiat non ſolum titulum beneficii,ſed etiam poſſeſſionem ita Domini.de rota,dec.15.item contra eundem agentem Butri.& Abba.in cap.in literis,in 16.colum.de reſtituti. ſpol.

42 Limita.42.quando ſpoliatus non ageret poſſeſſorio recuperandæ,ſed per actionem furti,uel condítione furtiua uel ui bonorum raptorum, ut contingit in rebus pro quibus non datur interdictum recuperandę ſecundum,quod habetur in.l.rem quæ nobis. ff. de acquir. poſ.& notatur,quia tunc ſpoliato agenti obſtat exceptio dominii per nota in.l.ſi de eo.§.fi.ff.eo.tit. facit ꝙ habetur in.l.qui iniuriæ.§.fi.ff.de fur.

43 Limita. 43.† quando ſpoliatus non ageret contra ſuum ſpoliatorem,ſed contra alium tertium, qui non ſpoliauit licet forte habuerit cauſam ab ipſo ſpoliato-

re,puta aliquo remedio poſſeſſorio forte per.l. ſi colo ni.C.de agri.& cenſi.in lib.11.uel per conditionem triticariam,uel ex canone reintegranda.3.q.1. uel ex.ca. ſæpe,de reſti.ſpol.quando ageretur ſcienter contra ſuccedentem in uitium, quia tunc obſtat exceptio dominii ipſius.conuenti,ut fuit de mente Bald in.l.2.ad fi. C.de ſer. fug. & uoluit Lapp. alleg. 302. contrarium ſentit Bal.in.l.inciuile.C.de ſer.fug.But.in capitu. paſtoralis,de cau.poſſ.& propriet. facit, quod habetur in l.fi.C.unde ui.

44 Limita. † 44. dictam regulam non habere locum in omnibus caſibus ubi non datur poſſeſſio,ut in.cap.ex parte,de reſtit.ſpol. quia priuatio præſup. habitum.l. manumiſſiones. ff. de iuſti. & iure.l. decem,de uerb. obliga.&.c.ad diſſoluendum,de deſpon.impu.c.quod vero non formatum. 32.q.2. limita tamen in caſibus notatis in glo.antepenul.in.d.c.ex parte.

45 Limita.45.niſi mulier expelleretur a marito propter dotem promiſſam,& non ſolutam.cap. per ueſtras,& ibi doc.de dona.inter uir,& uxo.l.fi.& ibi Bald.& Saly.C.ad uelleia.glo.nota.in auctẽ. de non eligen.ſecundo nuben.§.fi.Bal.in.l.de diuiſione.ff. ſolut.matr. l.quid in uxorem.C.de nego.geſt.in.l. pro omnibus. C.de iure dotium.Bal.Imo.& Moder in.l.ſi cum dotem.§.ſinautem in ſæuiſſimo.ff.ſolu.matrim. Abb.in cap.quemadmodum,& in cap.cum de iureiuran.Moder.cap.1.de adulter.Innocen.& doct.in cap.ſalubriter,de vſuris.

46 Limita. 46. † niſi poſt uiolentiam & ſpoliationem factam interueniſſet conſenſur ſpoliati, uel taciturnitas tanti temporis, quod uerisimiliter uideretur diſceſſum a violentia.c.ad id quod deſpon.l. 2. cum ibi not.C.quod met.cau.

47 Limita. 47. † quòd ex ſola poſſeſſione facti cũ nulla fuerit poſſeſſio iuris, ſed nuda poſſeſſio nullo iuris colore fulcita non competit reſtitutio glo.antepen. & ibi doc.in.d.c.ex parte,de reſtitu. ſpol.

48 Limita.

48 Limita.48. niſi laicus † reſtitutionem decimarũ petat licet de facto poſſideat.c.cauſam quæ de præſcri. & not.glo.antepe.in d.c.ex parte, præalleg.

49 Limita.49.non hab re † locum, quando in reſtitutione facienda immineret magnum periculum,ut ſingular.dicit Anton.de Butr.in cap.fina.in.4. colu. uer. venio, ad ſecundam partem extra de ordi. cog. quam doctrinam magnifacit.Borth. Cœp.in conſi.59.num. 14. fol.67.

50 Limita.50. † non habere locum dictam regulam, quando quis pareretur magnum damnum ſi res ab eo acciperetur, nam propria authoritate, poſſet illam capere, ut tenuit Ludo.Rom.in.l.clam poſſidere. §. qui ad nundinas,circa fin.ff.de acquir.poſſeſ.Barto.in l.ſi alius.§.belliſſime,in fi.ff.quod ui aut clam, Cœp. in conſi.59.nu.15.fo.67.& per hæc ſit ex prędicta præſens materia.

FORMA INQVISITIONIS pro inſultu ad domum.

Hæc eſt quædam inquiſitio titulus,ſeu forma inquiſitionis,quæ fit & fieri intenditur per Magnificum & Clariſſimum Domi.Poteſtatem,& Capitaneum Taruiſii, necnon per Spec.Do.Iudi.maleficiorum ex eorum,& cuiuſq; eorum puro,mero, ac ſincero officio, arbitrio, atque bailia contra & aduerſus.

Sempronium filium Thomæi de Glaura,&
Alios qui pro nunc tacentur.

IN eo,de eo,& ſuper eo, Quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem a maleuolis, & ſuſpectis,ſed a ueridicis, & fide dignis perſonis,&c.auditu peruenit. Quod prædicti inquiſiti homines ſeditioſi, infeſti, ac nequam parum Deum timentes ac leges, & decreta illuſtriſſimi

SVMMARIVM.

1 *Omnia crimina proficiſcuntur ex adulterio, inceſtu, ſeu lenocinio.*

2 *Maritus an impune uxorem occidere poßit deprehenſam in adulterio.*

3 *Maritus de iure canonico an habeat poteſtatem in uxorem deprehenſam in adulterio.*

4 *Patri an liceat interficere adulterum ſi reperit filiam in actu uenereos.*

5 *Pater an poßit filiam, & adulterum ſimul interficere, etiam ſi filia eſſet prægnans.*

6 *Impunitas conceſſa patri filiam interficienti an ſe extendat ad ſocerum.*

7 *Mulier propter adulterium, an perdat dotem, et actionem dotis.*

8 *Maritus, an lucretur dotem ſi uxorem de adulterio quærelauerit.*

9 *Pater uel maritus an poßint demandare alteri occiſionem filiæ, uel uxoris deprehenſæ in adulterio.*

20 *Statutum puniens adulterantem, an cōprehendat deflorātem puellam annorum duodecim, & qua pœna puniri debeat.*

11 *Pro crimine inceſtus, an quis corporaliter ſit puniendus.*

12 *Lenocinium maius eſt delictum adulterio.*

13 *Lenocinium quot modis committatur.*

14 Patria

14 *Patria delicta mutua compenſatione tollantur.*

15 *Quid ſit ſtuprum.*

16 *Qui binas uxores tenent, qua pœna puniendi ſunt.* 17.

18 *Mulier propter adulterium mariti, an lucretur donationem propter nuptias.*

19 *Maritus ſi nihil dixit in vita mulieris de adulterio per eam commiſſo, an hæredes mariti poſſunt tale crimen ei obijcere.*

20 *Felonia commiſſa per vaſſallum ſi eſſet talis, quæ de feudo ipſo iure vaſſallum priuaret, an hæres domini illam opponere poſſit.*

21 *Accedens ad domum alicuius mulieris animo adulterandi, ſeu rapiendi, & illam ibi non reperiat: an ex.l. puniendus ſit.*

22 *Fur accedens ad domum animo furandi licet non furetur, qua pœna puniendus ſit.*

1 NON inutiliter hic ſtrictim examinanda eſt materia adulterii inceſtus, & lenocinii † ex quibus omnia fere crimina proficiſcuntur, ut dicit Saly. in rub. C. de adult. late Ang. in tracta. malefic. in uerbo, che hai adulterato fol. 59. & not. quòd adulterium, eſt crimen publicum, ut Grammatic. uoto. 17. nume. 16.

2 Quæritur primo, † an licitum ſit marito occidere vxorem deprenſam in actu venereo cum adultero, dic quod aut quæritur de iure lombardo. & tunc licet marito occidere vxorem ſuam adulteram, vt voluit Auguſti. de Arimi. in uerbo, che hai adulterato, in uer. nec obſtat ille text. fol. 59.

3 De iure uero canonico maritus † non habet poteſta tem in uxorem deprehenſam in adulterio per textum 33.q.2.in.§.in hoc,& in.c. inter hæc,& in.ca.quicun que propriam uxorem ead.q.Abb. in.c.2. de homici. Ange.in.l.marito.ff.de adulte.de iure uero ciuili diſtin gue,ut per Ang.in trac.malefi.in.d.uer.che hai adulte rato.Marſi.in.l.patre ue.l.marito,nu.6.ff. de quæſtio. ubi dicit,quod non licet marito interficere adulterum niſi ſit uiles perſona alias impune homicidium non committitur,ut.l.1.§.fina.ff.ad.l.cor. de ſiccar. uulg.l. Graccus.C.de adult.& ibi Dyn.Odof.Salyc. & Bald. late Ang.in pract. crim.in uerbo, che hai adulterato. in princi.fol.59. Car.in ſua pract cri. Ex mente doct. conſiderauit ſex, ut liceat patri impune adulteram fi- liam interficere, primo, quod pater filiam reperiat in actibus uenereis.ſeu præludiis,ut Bar. in l.1.ff.de ua- ri. & extraor. cri.& in l. quod ait lex. & in.l. capite. quinto.ff.de adult.Saly.in.d.l.graccus. C.eo.tit.quod eos inueniat in domo propria,ſeu conducta in qua ha bitent.ut Barto.in.d.l.quod ait lex.ff.de adult. Tertio quod utrunque interficiat uno impetu ſiue prius filiã, & poſtea incontinenti adulterum,ut Bart.in.l.Impe- rator.la.2.ff.de ſtatu homi.& idem in.l.ſi prægnantis. ff.de pœn.Marſi.in.l.edictum.3.col.ff. de quæſtionib. Quarto, quod pater habeat filiam in poteſtate, ſecus ſi filia a patre foret emancipata, uel eſſet in poteſtate aui,ut.l.patri.& l.ſic euenit.ff.de adult. Quinto,quod ſit pater,non mater,auus neptem, frater ſororem non licet. cum lex Iulia exorbitans ſit a iure communi, & loquitur in patre, ergo non extenditur ad alias perſo- nas tanquam odioſa.Bar.& glo.in.d.l, quod ait lex.ff. de adult.Cyn.& Saly.in.l.Graccus.C.eo.ti.Marſi.in. l.1.§.Item diuus.ff.de ſicca.& in.l.edictum.ff. de quæ ſtio.Ang.in.p.C.in uerbo,che hai adulte.Sexto,quod tempore homicidii pater habeat filiam in poteſtate,& quod ſit nupta,& non uidua,ut doct.in.l. nec in ea.ff. de adulte.& ibi Alexan. in apoſtill. ad Barto. in.d.l.

Quæritur ulterius an liceat patri interficere adulterum ſi filiam reperiat in actu veneris, † dic vt per Bart.in. l.quod ait lex, & in.l. capite quinto. ff. de adulte. Bald. & Saly.in.l.Graccus.C.eo.tit.Ange. in tract. malefi. vbi ſupra,ubi tenet,quòd pater poſſit filiam,& adulterum ſimul† & ſemel interficere etiam ſi filia eſſet prægnans alleg.Bar.in.l.imperator, la ſecunda.ff. de ſtatu homi.quòd intelligendum eſt ſi uno impetu,& vno ictu filiam, & adulterum interficiat, ut.l. patri, &
6. ibi glo.ff.de adulte.quod utique non permittitur,†neque ſocero, neque auo occidere adulterum , nec adulteram,ut in.l.ſi eueniet.ff.de adulte.& ibi Barto.quia poteſtas & impunitas conceſſa patri non ſe extendit in ſocero,neque in alio aſcendenti, vt uolunt doctores.in.l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſolut.ma.& Imol.ibi.

Item quærendum eſt an mulier propter adulterium per-
7 dat dotem,†& actionem dotis ſuæ,dic quòd ſic,c.quia plerunque de donat.inter vir.& vxo.ut per Bart. in.l. miles.§.ſocer.ff.de adult.& in.l.ex conſenſu.C.de repud.Cyn.Bal.& Saly.in auten.ſed hodie.C.de adul. & idem uoluit Bald.in quodam ſuo conſilio incipien. Et dos prædicta poſſit repeti.conſi.303.3.uolu.ubi concludit,quòd ita demum maritus lucretur dotem ſi que-
8 relam † contra eam inſtituerit,ut uoluit Pau.de Caſt. & Imo.in.l.lucius.ff.ſolut.mat.& ibi Moder. Auguſ. ad Angelum in addit.ad fol .60.in uerbo,che hai adulterato,ibi mulier propter adulterium.Barto.in.l. ſi ab hoſtibus.§.fi.ff.ſolu.mat.& ibi Aret.Bald.conſi. 221. 2.uolu.niſi eo tempore concubinas retineret vir, quia mutua delicta &c. uel ſi poſt adulterium eam retinuiſſet,ut Bald.d.conſi.303.in.3.vol.Alexan.in.l.cum mulier.nu.2.ff.ſolu.mat.Cuma.conſi.154.& 775.Barto. conſi.75.Decius in.l.ſemper.nu.7.ff.de reg.iur.Rom. ſing.ſuis.312.& Bald.conſi.277.vol. v. vbi dicit quòd lex affligit uirum maiori dolore, quàm de morte filii. alleg.tex.in.l.codicilli.§.pen.ff.de.l.2.& ideo Bart. in rubr.de adult. dicit quòd adulterium eſt crimen grauius

uius aliis delictis,quia per notam adulterii denigratur familia,& patrimonium exit familiam.

92 *Pax an rumpatur ſi inferens metum quoquomodo offendatur.*

93 *Pax an a teſtatore in teſtamento fieri poſsit.*

94 *Pax facta per tertium, an per hæredem ratifi cari poſsit.*

95 *Ciui-*

95 *Ciuitates adinuicem paciſcentes, quod liceat alteri vindicare, vel fœdera pacis rumpere, an tale pactum de iure validum ſit.*

96 *Pax an a procuratore fieri poßit ſi non habet ſpeciale mandatum.*

97 *Pax ā fieri poßit a filijs ſpurijs occiſi, et proſit*

98 *Stante ſtatuto, quod pax habeatur ab hæredibus occiſi, an fieri poßit per filium occiſi licet non ſit hæres.*

99 *Pax facta per matrem tutricem filiorum pupillorū ſuper homicidio mariti, an valeat.*

100 *Pax facta a filio familias iniuriato, an fieri poſſit in præiudicium patris.*

101 *Pax a fœmina ſuccedente offenſo an fieri poſſit, & facta teneat.*

102 *Pax facta cum ciuitate, & caſtellis, an extendatur ad caſtella de nouo acquiſita.*

103 *Pax facta regi, an intelligatur eſſe facta conſiliarijs ipſius.*

104 *Pax facta percuſſori an fieri poßit mandatori criminis.*

105 *Pacis inſtrumentum productum poſt terminum ſtatuti, an proſit.*

106 *Pax probibita per ſtatutum diſponentem de percutionibus ſanguinolentis, an fieri poßit ſuper percußione facta cum pugno, ob quam percuſſus in terram cecidit, & caput ſibi fregit cum ſanguinis effuſione.*

107 *In violatoribus pacis, an bona publicari*

poßint.
108 Concordia reddita per pecuniam, an valeat.
109 Pax, ſeu treugua facta alicui, an intelligatur eſſe rupta ob raptum ſecutum in perſonā filiæ, vel ſororis alterius ex paciſcentis.
110 Mandatum non finitur morte mandantis, etiā re integra in caſu pacis faciendæ.
111 Pax facta de vulnere, an intelligatur eſſe facta de morte.
112 Pax an infringatur furto ſequuto. 109.
113 Pax facta in articulo mortis, an valeat.
114 Pax quomodo differat a treugua.
115 Furantes animo violandi pacem, an furca ſuſpendi debeant, vel ne.
116 Pax a Deo relicta eſt, & not. 6. caſus, in quibus Deus nationibus auffert pacem.
117 Pax & a Deo, & a ſeipſo, & a proximo, & a principe omnino habenda eſt.
118 Pax, an dominus poßit ex cauſa iniurias, & damna illata ſubditis remittere.
119 Pax in articulo mortis an fieri poßit.
120 Pacis effectus, & eorum finis.

QVONIAM vt docet experientia rerum magiſtra ſecuris homicidiis, vel vulneribus lapſu temporis partes deueniunt, ſeu deuenire ſolent ad concordiam pacem, vel ſaltem ad aliquam treuguam.
1 Sed in primis ſcire debes, † quid ſit concordia, & dic quòd eſt ſedatio diſcordiarum perpetuo duratura, ut Bal. in. l. de fideicommiſſo, & ibi Iaſ. nu. 2. C. de trāſa. alleg.

alleg. Archid.in.c.1.&.c.indemnitatibus,de electi.li. 6. And.Barba.c.1.de mur.pet. Albe.in tract. ſtatut.in verbo concordia.nu.6.fol.83. Iaſ.plene in.d.l.de fidei com.nu.3.& in.l.cum proponas,la ſecunda.C.de pra cti. circa medium.

2 † Pax eſt uinculum charitatis, immo affectus ipſius charitatis,vt dicit Corne.per. in conſi.185.num.9.in cip.in hac conſultatione.fol.387.in.3.volum.alleg.S. Thom.de Aquino ſecunda ſecundæ.qō.3.& plene Io. and.in rub.& in.c.1.de treug.& pa.Bald.in conſi. 5S. incip.laudare in.1.volu.& idem Cor.in conſ.8.n.50. fol.14.volu.3.qui aliter diffinit,quod ibi uide, & pax duplex eſt,quædam quę in inſtanti perficitur,quędam ſucceſſiua,ſecundum Bal.in conſi.195.nume.3.vol.2. & dicitur tranquilla libertas,ut eſt conſ.48.nu.18. in ciuilibus.

3 † Treugua eſt finis diſcordiæ, ſeu rixæ ad breue tempus, quo breui tempore finito poteſt iniurias ulciſci, & ſic debet ſemper expectari lapſus temporis ipſius treuguæ; ut Hoſtien. in ſumma de treugua & pace.Maria.Soci.in conſi.26.incipien.Ianuenſium dux in.9.col.Iaſ.in.d.l. cum proponas, la ſecunda.C.de pact.nu.6.74.& Fely.in rub.de treug. & pace,quod ibi uide.Dec.no.in.c.nouit.num.51. de iudi. vbi multa accumulat.

4 † Quid ſi duo faciunt pacem promittentes ſibi inuicem,& viciſſim non offendere ſub certa pœna,ſi vnus eorum alium offenderit,an incidat in pœnam, dic ꝙ non,ſi cauſa noua ſuperuenerit. Roma.conſi.258.nu. 4.vel per actus iudiciarios non rumpitur pax.Bal.conſil.195.ſecutis homicidiis.& nume.4.volum.2. Paul. de Caſtr.conſi.74.in.7. colum. in fin. incipien. quia fruſtra.

5 † Item ſi plures fecerunt pacem cum pluribus,& promiſerunt quilibet eorum inſolidum non offendere,& vnus offenderit, an pœna inſolidum peti poſſit, uide Bart.in.l.fi.2.q.ff.de duobus reis,Ang.in.l.ſi cum ex-

 ceptione.

ceptione.§.ſatis.ff.quòd metus cauſa, Bald.in.l. 2. C. de liber. & eorum lib. Paul.de Caſtr. in. l. bonorum ante fin.ff.rem ratam hab. plene Cor. per. in conſil. 248.incip.deciſionem.per totum fol.223.4.vol.Alex. conſi.16. vol.4.

6 † Arbiter non poteſt ponere manus ad ea, quæ non continentur in compromiſſo, ut in. l. non diſtinguemus.ff.de arbitris.capi.examinata,de confirman.utili,uel inutili,& uoluit Barto.in.l. aquilia. ff. de tranſact. tamen in caſu pacis inducendæ poterit apponere manus etiam ad non contenta in compromiſſo, ut eſt text.ſingu.in cap.niſi de præbend. & ibi Butriga. quòd nota.

7 † Septimo eſt text.rot.in.c.2.de ſpon. impu.vbi propter pacem permittitur contractus matrimonii i eos, qui non habent ætatem habilem,hoc idem voluit Ludo.Rom.in.l.ſi uerò.§.de uiro in.vi.fallen.ff.ſolu.matri.& conſi.432.nu.13.ver.1.

8 † Octauo adduco textum in.c.1.§.ſi quis omnem de pace tenenda,vbi ſi pater fregit pacem,& propter hoc banniatur, filius non tenetur alere patrem bannitum propter pacem ruptam, licet regulariter filius teneatur alere patrem bannitum, ut in auctenti.de inceſt. nupt.§.primo.& ibi D. Nicola.de Neapol. & voluit Barto.in.l.ſi quis a liberis.§.ſed utrum.ff.de liber. agnoſcen.

9 † Nono aſſigno tibi tex.in.c.ſicut,el ſecundo,de iureiur.vbi propter pacem ruptã Papa iudicat inter laicos,& idem probatur in.c.nouit,de iudiciis regulariter contra,quia diſtinctę ſunt poteſtates & iuriſdictiones.c.ſollicitę,de maiorit.& obedien.

10 † Decimo adduco glo.ſing.in.c.placuit.90. diſt. poteſt epiſcopus laicos diu litigantes per cenſuras eccleſiaſticas reducere ad concordiam,& allegatur tex. ille per Butri.& Imo.in.c.1. ad fin. de mutu. peti. & per Abb.in rubri. de treug. & pace,& in inter. R.de electione,in.3.colum.& in.c.fin.in.4.notab. de maiorit.

&

& obedien.& in.d.c.nouit de iudiciis, Paul. & Alex. in.l.quidam.ff.ſi cert.pet. Idem Alex. poſt Roma.in l.ſi quis mihi bona.§ ſi quis iuxta .ff.de dam. inſec. Alex.in.l.1.§.poſt operis,in.3.colum.ff. de oper.no. nuncia.nu.8.Deci.in.c.nouit.num.47.de Iudit;

11 † Vndecimo adduco tibi tex.in.c.his quæ,de maiori.& obed.& in.c.2.de arbit. ubi pro bono pacis derogatur diſpoſitionibus iuris. rom.con.332.n.16.& 15.

12 † Duodecimo iudex non ſolum iuſtitia,ſed concordia & pace debet terminare lites,ut in.c.1. de mutuis petitio, in.c.cauſam quæ, el ſecundo de teſtibus in.c. fin.de proba.& in.c.quærelam, de ſimon.

13 † Decimotertio Barto.in.l.furti.§.qui iuſſu.ff.de iis quæ not.infam.dicit quòd ſi ciuitas inquietaretur propter diſcordiam aliquorum ciuium, quòd poteſt iudex eos compellere ad pacem, & ibi Thomas di Ploua.in apoſt.ad Bar.

14 † Decimoquarto propter pacem non imponitur pęnitentia calumnioſo accuſatori.c. accuſaſti, extra de accuſa. & in.c. non fruſtra. 23.q.5. &.2.quæſtio.1.c. notum.

15 † Decimoquinto Bal. in rub. de treu. & pace. dicit, ꝙ iudex debet ſtudere paci ſi bona eſt, & equa alias non,& alleg.do.Goff. dicentem, quòd iudex ante factum delictum debet ſtudere paci, Sed poſt factum debet punire delinquentes & idem Bald. in.c. quinta uallis,de iure iuran. Alex.in.d.§.poſt operis. nume. 7.de ope.nun.ff.

16 † Decimoſexto adduco tibi tex.in.c. hæc quippe.3. q.6. ubi pro bono pacis eccleſia tollerauit depoſitionem quorundam epiſcoporum & ſubrogationē aliorum præter mentem & conſcientiam.20. pontificum quia per bono pacis licitum eſt Iura tranſgredi. Roma.conſi.332.num.13.&.15.

17 † Decimoſeptimo in ſimili adduco tibi tex.in.c.cura,de iure patrona. ubi propter bonum pacis tolleratur ille, qui diu de manu laicorum accepit eccleſiam

nulla

nulla interueniente authoritate epiſcopi, quia propter bonum pacis inducende relaxantur plerunque precepta canonica &.Rom.conſi.332.nu.13.

18 † Decimo octauo Innocen.in.c.niſi cum pridem,de renun.quem refert Abbas.in.c.1.de electi. & in.c.cũ inter.R.in.3.colu.de elect.ibi an autem Papa poſſit, tenet, ꝙ pro bono pacis tenetur epiſcopus dato ſibi bono concambio renunciare epiſcopatui propter pacem habendam inter eum & populum.

19 † Decimonono uoluit Bal. in.l.i.§.quies.ff. de præfect.urb.quòd licet offenſus ſit ſuadendus ad faciendam pacem, non tamen cogendus ut remittat iniuriam, licet regens prouinciam debet ſubditos conſeruare in pace,& ad quiete uiuendum non ſolum hortari,ſed cogere, cum ſtatus publicus plerunque ex priuato turbetur, & idem Fel. in rub. de treug.& pace: & idem Bald.in.l. ſi quis ingenuam.§. inciuilibus.ff. de capti.

20 † Vigeſimo adduco tibi tex. inſti.de iniur. §.fina.ꝙ licet offenſus non poſſit compelli ad pacem in foro contentioſo ſecus tamen eſt in foro conſcientiæ ita dicit Bald.in.d.§.quies,de offi.præfe.urb.

21 † Vigeſimoprimo tex. eſt in.l. unica, in prin.C. de cadu.tol.ubi tempore pacis debent tolli ſtatuta facta tempore guerræ ad locupletandum fiſco,quòd not.cõtra tyrannos, qui finita guerra non reuocant ſtatuta prout magnifacit Rom. in conſil. 459. incipien. in propoſita conſultatione ubi dicitur, quòd id quòd belli calamitas introduxit pacis lenitas ſoluit. Ibi poſt.num.x.

22 † Vigeſimoſecundo Io.and.& Spec.in tit. de præpara.iudi.dixerunt,quòd ſi aliquis eſt potes,& diues, & uult concordiam, & litigat cum aduerſario paupere recuſante concordiam fouente tamen iuſtitia, ſed illam conſequi non poteſt propter potentiam aduerſarii, quòd iudex poterit eos concordare detrahendo aliquid de iure illius pauperis, nec peccat hoc medio

illos

illos concordando, q dictum refert, & ſequitur domi. Car. in. c. fina. de tranſact.

23 † Vigeſimotertio adduco tibi Bar. in. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbit. ubi dicit, quòd ſi partes aſſumunt aliquem in arbitrum nunquam debet ſe reducere ad ferendam ſententiam, ſed reducere partes ad concordiam, & pacé, quia ad iudicem ordinarium non ſpectat componere, ſed iudicare ſecus in arbitro.

24 † Vigeſimoquarto Bal. in. c. conueniſſent de teſtib. ibi iuſtitia mediante terminetis dicit, quod propter hoc non tolleratur quin omnia concordia terminetur adducit capitulum cauſamq;, il ſecundo eo. tit. c. quærelam, de ſimo. &. c. fin. de proba.

25 † Vigeſimoquinto Barto. in conſi. 167. incip. qui miniſter dicit, quod ſi unus habet ex priuilegio quòd poſſit liberare diebus certis aliquos ex carceribus & ſtatuto caueatur quòd nullus liberetur de carcere niſi primo habuerit pacem cum offenſo, & Titius blaſphemauit Deum, & ob id miſſus eſt in carceribus, quòd ſi Titius habuerit pacem a Deo per remiſſioné, & confeſſionem ſimplicis ſacerdotis, quòd poterit à carceribus liberari. & ſimiliter, uide Iaſ. in. l. ait prætor. §. iurari, nu. 16. fol. 67. ff. de iureiuran.

26 † Vigeſimoſexto conſuluit Bart. in conſi. 175. incip. Domino poteſtati ubi conſuluit, quòd licet facere pacem ſuper crimine adulterii, ut habeat locum remiſſio certe partis condemnationis ex forma ſtatuti per text. expreſſum in auten. ſed hodie. C. de adulte. & ſufficit habere pacem cum marito tantum, quia mulier non poteſt, dici iniuriata, & ibi reſpondet ad. l. tranſigere. C. de tranſacti. quia licet pax, & concordia per quam rãcor, qui eſt in animo iniuriati reiiciatur, propter hoc proceſſus non impeditur licet ex forma ſtatuti pœna minoretur, nam pax in omni maleficio licita eſt, ut inſti. de iniur. §. fi. & in. l. ſi tibi. §. quedã, & in. l. fina. ff. de pact.

27 † Vigeſimoſeptimo adduco tibi eundem Bartol. in

ſuo

ſuo tract.inci.ciuitatis Piſanę conſilium decreuit nū. 11.ubi diſputat, an poſſit quis in libello in iudicio exhibito petere a iudice aduerſarium ſuum compelli ad tranſigendum, in prin.ubi uide.

28 † Vigeſimo octauo adduco text.in.l. æquiſſimum. ff.de uſufru. ubi iudex poteſt compellere partes ad pacem, & concordiam facit.c.fin. de tranſa. Paris de put.in trac.ſind.uer.concordia,nu.21.fo.35.

29 † Vigeſimonono adduco Ludoui.Roma. in conſil. 332.num.14.incipien.quo ad primum, & Bal. conſil. 195.nu.6.volum.2.ubi dicunt,quòd non dicitur quis fregiſſe pacem ſi non oſtendit cauſam propter quam fuit facta pax,ſed ex noua,ut uoluit Barto.in.l.aut facta.§.cauſa per tex.ibi.ff. de pœn. & in.l.uerum.ff. de fur.& Roma. in.l. licitatio.§. quòd illicite.ff.de pub. ubi dicit,quòd propter adulterium commiſſum ĩ uxorem eius,qui pacem fecit, aut furtum bonorum eiuſdem,ob id nõ dicitur pax eſſe rupta, hoc idem uoluit Ioan.an.in rub.de treug.& pace.Bal.in.l.cum proponas.C.de pact.l.ſemel mora.ff.ſolu.matri. & in.l.qui fidem.ff.de tranſa.in lect.Florentina,Canoniſtę in.c. conſtitutus,de pœn.Ludo.Roma.in conſil.258.incipien.in caſu propoſito,& Bald.in.c.1.circa prin.de pace tenen.in uſib.fœud.Alexan. in conſi.115.incip.uiſo themate,in.4.uolu.Cor.conſi.51.num.100.fo.54. ubi dicitur, quòd furtum fit gratia auaritiæ, & lucri, uero adulterium fit propter libidinem, ut ibi ꝑ eũ.

30 Trigeſimo † adduco Roma. in conſil.459. incip. in propoſita conſultatione ubi conſuluit,an ciuilitas acquiſita ex priuilegio perdatur propter guerram ſuperuenientem cum ciuitate originis, & utrum ſecuta pace recuperetur ciuilitas,dic ut ibi per eũ.nu.13.&.14.

31 † Trigeſimo primo eſt text.in.l. quid ſi iterum.ff.de adimen.leg. ubi ſubſequens reintegratio amicitiæ inter teſtatorem, & legatarium inducit reintegrationẽ legati,quòd extinxerat ſuperueniens inimicitia.

32 Trigeſimoſecundo † eſt tex. inſti. de excu. tuto.§. inimi-

inimicitiæ,ubi ſuperueniens reintegratio amicitiæ inter patrem pupilli & tutorem ei deſignatũ extinguit excuſationes ab onore tutelæ,quam induxerat ſuperueniens inimicitia.

33 Trigeſimotertio † Bald,in tit.de pace cõſtan. in glo. ſuper uerbo priuilegia omnia dicit ibi eſſe text. quòd pax non ſolum habet uim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integ. cùm ſublata guerra per pacem tollatur omnino effectus ſecutus propter guerram.

34 Trigeſimoquarto † adduco Cyn,in,l. ſi ſeruum.C. de noxa,ubi dicit, quòd ſi officialis uidet aliquos rixantes, & ſe non interponit mediandi cauſa ab officio ſuo eſt remouendus omnino, & Bal,in,l. omnia. .§.quies,nume.3.ff.de offi.præfe,urb,

35 † Trigeſimoquinto not, quòd ubicunque eſt publica accuſatio offenſus non poteſt facere pacem niſi delictum eſſet in omittendo, quia tunc poteſt ut eſt gl. ſing.in,l.diuus,ff.ad ſillania,& ibi Bart,& Iaſ,in.l.trãſigere,num.6.C.de tranſact,

36 † Trigeſimoſexto ſi quis non facit iniuriam alicui, non indiget pace nec fit mutua pax, ſi ex una parte tantum lata eſt iniuria ita dixit Spec,in titu,de treug. & pa.in princi,

37 † Trigeſimoſeptimo Bald, in rub.de treu. & pace in 2.colum.dicit, quòd partes poſſunt tempore treuguæ facere tractatum de pace;ad hoc alleg.l.dies feſtos.C. de feriis, & Barba. in tit. de feriis, dicit, quòd diebus dominicis poſſunt partes habere colloquium, & tractatum de pace, & tranſactionibus fiendis abſque peccato quoniam pax eſt deſiderata ab apoſtolo, ut in capitulo primo de pac.tenen,

38 † Trigeſimo octauo not. ꝙ pax in dubio dicitur eſſe perpetua caſus eſt elegans.in,c.1.de pace conſtantiæ, & ideo ſi in capitulis pacis non eſt præfixum certum tempus præſumitur facta pax in perpetuum, & quid ſit pax uide Bar.in conſi.58.& late Iaſ.in.l.cum proponas,la ſecunda.nu.7.C.de pac.Bar.in conſ.7.nu.1. &.2.

&.2.incip.ad declarationem queſtionis,& quæ ſit cō cordia uide Bald.in rubr.de treug.& pace,in.1.col.& Cor.conſi.8.nu.50.in tertia parte.

39 Trigeſimonono † pacem faciens cum aliquo, & promittens eum non offendere ſub pœna ducatorum cētum ſi eum non offendit, ſed conſanguineum ſuum. Ita incidit in pœnam ac ſi eum offendiſſet ita notabiliter dicit Petrus de anch.in.c.ſciant cuncti, de elect. in ſexto per tex.in.c.quicunque,in uer.bonis ſuis,uel ſuorum, de ſenten. excommu. in ſexto Ioan. and. in reg.fruſtra,col.ii.de reg.iur.in mercur. Iaſ.in.l.1.nū. 7.de indi.uidu,tollen.Marſi.in ſingu.ſuis,nu.331.fol. 34.Soci. in.l. mulieri & titio.ff. de condi. & demon. nu.6.Bald.conſi.165.nu.15.2.uolu.

40 † Quadrageſimo adduco tibi Bal.in tit.de pace conſtan. in.§. hoc in uerbo priuilegia omnia, ubi dicit quòd ſi bona rebellium tempore rebellionis ſunt confiſcata, & aliis perſonis ſunt conceſſa, facta & inita pace primis dominis reddenda ſunt alleg.text.ibi ual de not.ita quòd pax nedum habet uim ſimplicis indulgentiæ,ſed reſtitutionis in integrum, quòd not. quia ſeruiet tibi ad multa.

41 † Quadrageſimoprimo pax multa bona inducit diſcordias remouet tranquillam quietem introducit ſtatum perſonarum ac ciuitatum augumentat honeſtatem affert diuitias præparat. Dei ac regum gratiam tribuit ſuperbiam uniuſcuiuſque excludit, auaritiam omnium repellit, honorem honoratis adiungit,nondum honoratis præparat, Deo ad ſeruiendum animū cuiuſque incitat, fructum affectat, affectatunque acquieſcere facit, ut elleg.Bal.in tit.de pace conſtantię, in.§.hæc ſunt nomina, in uerbo pax.

42 † Quadrageſimoſecundo tempore pacis ſtatutū fuit cum iuramento coràm Poteſtate,ut nemo portet arma deinde ſuperuenit guerra, uel partialitas in ciuitate,dic quòd poteſtas poterit uenire contra tale ſtatutum iuratum,& ſic omnis impune poterit arma portare

tare ita pulcher dicit Bal.in rub.C.q admit.in.1.col.

43 † Quadrageſimotertio, quid ſit pax, quotuplex, ſit pax, & quomodo dicatur rumpi, & an pax ſit ſtricti iuris, dic ut per Bald.in conſil. 195. incip. laudare in.2.uol. Aug.in lib.de ciuitate dei. lib. 12.c. 14. ubi ponit plenam diffinitionem, Cor. in conſi.8. nume. 10.fol.14.uolu.3.

44 † Quadrageſimoquarto pax, & concordia inter ſe differunt, nam concordia eſt cordium coniunctio, ut in.c.indemnitatibus, de elect. lib.6. Nam concordia eſt quædam remiſſio iniuriæ illatæ, pax uero eſt plena ſedatio diſcordiarum, & ita ſecundũ noſtrũ uſum loquendi accipimus iſta duo ut diuerſa licet Auguſt. dicat quòd pax nihil aliud eſt niſi ordinata concordia. Bald.ſingulariter in.l.1.in ſecunda colum.ff. de pact. Iaſ.in.d.l.fideicomm.nume.3.C.de tranſa.& idem.l. 1.num.13.ff.de pact.

45 † Quadrageſimoquinto not. quòd propter pacem habendam poteſt quis transferri de una eccleſia in aliam ſecundum Roma.in conſil.332. incipien. quo ad primum conſultationis articulum Bald. in.c.1. de feriis, in.18.colu.ſed dic ut uoluit idem Rom. & melius in conſi.ſuo.345.

46 † Quadrageſimoſexto pax ſi eſt facta inter duos ſub pœna, & unus poſtea committat ſtuprũ, uel inceſtum cum affinibus alterius partis propter hoc nõ dicitur rupta pax, ita quòd inciderit in pœnam. ut dicit Ita bal.conſi.195.num.15.uol.ii.& Bartol.in.l.uerũ. num.4.ff.de fur.quòd tamen diſtingue, ut ibi per eũ, & not. rationem adductam in nu.29.ſupra.

47 † Quadrageſimoſeptimo pacem ſi duo ad inuicem fecerunt, & ſub certa pœna promiſerunt ſe inuicem nõ offendere, ſi poſtea inuicem ſe uulnerauerũt, & neſcitur, quis primo ſociũ offenderit nemo ipſorũ puniri debet de pace rupta, ut dicit Marſ. in rubr. C. de probatio, nu.406.fol.21.alleg.Bart.in.l. cum pater.§. liberis.ff.de lega.2.& in.l.ſi ſeruũ.§. ſequitur uidere,

num.4.

pum.4.ff.de uerbo.oblig. Bal.in.l. ſi creditoribus.C. de ſer.pign.da.manu. Abb.in.c.2.in.1.colu. de treug. & pace.& bal.in.d.conſi.195.num.5.uolum.ii.

48 † Quadiagesimo octauo pupillus non poteſt facere pacem de morte ſui patris niſi authoritate tutoris, & decreto iudicis ita dicit Specu.in tit. de homicidio dum modo non fiat dedecori pupillo, & eius agnationi argumento.l.2,§. ſi emancipatus.ff. de contratabu. Bald. in rub. de tregua & pace, in ulti. colum, circa finem nota, Salyc.in.l. pactum curatoris.C. de pac.& ibi Iaſ.num,4.

49 † Quadrageſimonono ſi pax eſt facta inter duos de uulneribus illatis, an extendatur ad mortem, morte ſecuta dic per Marſi,in rub ff.de fideiuſ,num,367, ubi dicit, quòd actus agentium non operatur ultra intentionem eorum, & ideo ſiquis fideiuſſit pro aliquo accuſato de uulnere ſi poſtea ſequatur mors non tenebitur ad pœnam homicidii ſecundum Specu. in tit.de fideiuſ.§.1.uerſi.ſed pone, Iaſ. poſt alios in.l.1, in ult.col,ff.de in lit.iu,Bal.in con.142.uol,5. ubi dic quod fideiuſſio ad unã cauſam nõ ſe extẽdit ad aliam,

50 † Quinquageſimo adduco gl.in.l,1,in uer,pactum, ff.de pac de qua facit feſtum ibi Ang, ꝙ qui facit pactum de iniuriis ſibi illatis intelligitur facere pacem, & concordiam, & iõ dicit ibi Ange. ſatisfactum eſſe ſtatuto requirenti pacem,& concordiam,ut bannitus rebanniatur,& accuſatus non puniatur.

51 † Quinquageſimoprimo ſi pax eſt facta inter aliquos attinentes de aliqua uniuerſitate cum pœna de ſe non offendendo, an impuberes comprendantur uide notabiliter do.Filip. corn in conſil. 167. per totum fol.171.in.3.uolu,

52 † Quinquageſimo ſecundo pax facta Sempronio, & complicibus,an ex eo rupta eſſe intelligatur, quia complices offenſi ſunt;antequam ipſi ratum habeant uide Bal.in.l. filiusfamil. el ſecundo, nume.2, C.ad macedo.fol.67. Ange.in.l.qui religioſis.ff.de rei uendic,

dic.doct.Canoni.in.c.1.de poſtu.præla.

53 † Quinquageſimotertio duo principes adinuicem fecerunt pacem,& promiſerunt ſub certa pœna non offendere terras alterius,verum adhærentes,ſeu bona adhærentium illis includantur in .c. pacis, dic quòd nō, quia in contractibus ceſat largiſſima interpretatio c. cum dilecti,de donat.pro quo eſt tex.in.c.ad apoſtolicę,de re iudic. lib.9.in uerbo uolebat, ubi clare probatur,q̀ iſti adhærentes non includuntur in capitulis pacis,& hoc tenet ibi Gemi.quòd pax facta cum authore principali guerræ,adhærentes non ſe includunt niſi fiat de eis expreſſa mentio,& Innocen.ibi commendauit fidelitatem. 20. eccleſiæ, quæ nunquam uoluerunt habere pacem,nec pacis tractatum, niſi permitteret de adhærentibus & impunitatem eorū refert Abb. in.c.1.in ſexta col.ibi uer.& ex prædictis ſingulariter de poſtu.præla.lib.6.ex quo colligit ibi Abbas , quòd infideliter agunt,qui faciunt pacem cum principali,& illi qui ſibi præſtiterunt auxilium non includantur in tractatu pacis,ut uoluit Bald.in conſi.51.circa mediū in prima parte,vbi dicit,quòd qui non ueniunt in capitulis pacis,non gaudent priuilegiis pacis, ut in. c.1. §.nomina uero,de pace conſtantiæ.col.10.idem Bal. conſi.195.nu.8. vol.2.

54 † Quinquageſimoquarto pax eſt facta,ſeu inita cū Sempronio , & occurret quòd Sempronius banniatur, & pendente banno a Titio interficiatur,quæritur an Titins oſſendens inciderit in pœnam pacis ruptæ, dic quòd non,ut per Alexand.& Iaſ.in.l.qui ſeruum . num.5.ff.de uerb. oblig. qui concludunt poſt multas allegationes hanc eſſe communem opinionem. allegan. Barto.in l.ſecunda.C. quando lice. ſe ſine iudi. uind. Vide Marſi. ſing.352.multa ad caſum per eum accumulata .

55 † Quinquageſimoquinto pacem faciens cum inimico , & promittens eum non offendere , neque hæredes ſuos, ſub certa pœna ſi unus ex hæredibus

Q offenda-

offendatur, an offenſus ad totam, & integram pœnam agere poſſit, dic ut per Iaſon. plura accumulantem in. l. ſtipulatio. §. cato, numer.54. ff. de uerbor. obligat.

56 † Quinquageſimo ſexto adduco tibi Bald. & Ang. in.l.equiſſimum. ff.de uſufruct. quòd in ciuilibus iudex poteſt hortari, ſed non arctare partes ad concordiam amicabiliter faciendam, ſeu per uiam iuris, ſeu per uiam facti, idem Butr.in.ca.1.de mutuis petitioni. col.pen.alleg.glo.in.l.1.§ poſt temporis,ff.de oper.noui nunciat.idem voluit Abb.in cap.cum patrem, in vltimo notab.de pactis, & in cap.cum inter. R.de electio.3.col.

57 † Quinquageſimoſeptimo adduco Bald.in.l. ex ſtipula.C.de ſenten.quod concordia poteſt ſuaderi, non tamen imperari, ideo non poſſunt partes compelli ad compromittendum in arbitratorem etiam ſi timeatur ſcandalum, neque poteſt cogi offenſus ad pacem faciẽdam, immo debet Poteſtas uindicare, & punire. Bal.in c.1.§.fi.de pace tenen.& Alua.in.d.c.1.§. ſi miniſteriales, Bal.in.d.l.1.§.quies.ff.de offi.præf.ur. Fallit in Taruiſio, & diſtrictu vbi rectores pro quæſtionibus coram eis uertentibus poſſunt cogere partes ad compromittendum, ut in prouiſionibus duca. lib. 2. cap. 57. incip. cum Poteſtas.

58 † Quinquageſimooctauo partes compelli poſſunt per Iudices ad concordiam & pacem in cauſa criminali.Barto.in.l.congruit,in fine,de officio præſi.& Abba.in rubr.de treug.& pace. Butr.in cap. 1. de mutuis petitionibus, quod intellige prædicta antequam naſcatur delictum, ut eſt tex.in.l. denunciamus. C. de hiis qui ad eccleſias confu.& in.l.illicitas. §. ne potentiores, & ibi Barto.de officiu præſi.Bald.in.l. ex ſtipulatione.C.de ſenten.& in.d.l.equiſſimum.ff.de vſufr. & Saly.in octaua poſitio.l.tranſigere.C.de tranſactio.& ibi Alexan.ſed delicto ſequuto, officium iudicis eſt iuſtitiam facere.

59 † Quin-

59 † Quinquageſimonono. Princeps poteſt cogere litigantes ad pacem, concordiam, & ad compromittendum, ut pulchre dicit Innocen. in d. cap. cum inter. R. in primis uer. de electione, & ibi Abb. in primo nota; dicens non reperiri ita expreſſe alibi Paul. de caſtr. in l. quidam exiſtimauerunt. 2. colum. ff. ſi certum petatur, & hoc limita, ut per But in. c. 1. ad finem de mutuis petitionibus. idem Abb. in. c. cum pridem, de pact. in ultimo,

60 † Sexageſimo Roma. poſt Ange. in. l. 2. §. ex his in quinta col. ibi ſed ſuccedit dubitatio. ff. de uerb. oblig. quòd licet partes non compellantur ad concordiam quando diſcordia tendit ſolum ad eorum incommodum, ut ibi per Bar. tamen vbi ex ea cauſaretur rixa, uel probabiliter dubitaretur, ne uenirent ad arma, tūc iudex eos compellet pōt. ad concordiam per d. l. equiſſimū, & idem Imo. in. d. §. ex his, in. 4. col. Affl. d. 149. numer. 6.

61 † Sexageſimoprimo, vbi diſcordia aliquorum tēdit ad incommodum alterius, tunc poteſt implorari officium iudicis, ut cogat eos ad concordiam. ut Bar. poſt Old. in. d. l. 2. §. ex iis, de uerb. oblig. Barto. in. l. huiuſmodi. §. fi. de lega, 1. & plene per Fely. in rub. de treug. & pace, in. 6. fallen,

62 † Sexageſimoſecundo quando, eſt diſcordia inter perſonas inſignes, ex qua reſp. turbatur poſſunt compelli perſonæ ad pacem, & concordiam, ut per Bald. & Ang. in. d. l. equiſſimum, per tex. in. l. ſiquis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de cap. Bal. in. l. 1. §. quies. ff. de offic. præfect. vrb. Abb. in rub de treug, & pace, Bar. in. l. ambitioſa, in. 4. col. ibi declaremus iſtas, nu. 18. ff. de decr. ab or. facien. Ang. in. l. ſi fur C. de vſufr. Afflict. deciſi. 149. nume. 6.

63 † Sexageſimotertio Bar. in. l. de die, in prin. ff. q. ſatis da. cogan ꝙ ſi partes coactæ per ſtatutum certo caſu facere pacem neſciunt tamen capitulare ipſam iudex eā capitulabit, & ibi Alex. in. 2. &, 3. notab.

64 † Sexageſimoquarto in omnibus caſibus in quibus partes compelli poſſunt ad pacem, compelli poſſunt etiam ad treuguam. ita ſingu. dicit Abbas in rubr. de treug. & pace.

65 † Sexageſimoquinto glo.1.in.c.ſtudendum.90.diſt. dicit, quòd partes inducuntur ad pacem quando ciuiliter agitur de crimine iniutiarum, vel de damno dato ſecus vbi ageretur de crimine, ſmere criminali hoc idē uoluit Archid.in.d.c.ſtudendum, quòd in priuatis cri minibus poteſt induci concordia non in publicis iudi tiis, non enim diſpenſare poteſt, vel componi, vt uir vxore demiſſa aliam habeat.c.fi.de tranſactio. uel ut monachus habeat quid proprii, ut Bald.in.l.in ſtipula tione: C.de ſenten.

66 † Sexageſimoſexto pro pace facta commune remit tere poteſt damna ſingulorum, Innoc.in.c.in noſtra. de iniuriis hoc tamen uerum ſi ſinguli conſenſerūt ſta tuto, & iurauerunt ſcilicet in caſu in.d.c.in noſtra, refert Bal.in margarita in uerbo guerra.

67 † Sexageſimoſeptimo pacis vigore multa concedūtur, quæ de iure fieri non poſſunt, quia quicquid fit ꝓpter pacem legis habet uigorem. Bald.in conſi.213.in fine incip.quidam nobilis, in tertia parte conſiliorum vbi limitat glo.fin.circa finem d.l. talis ſcriptura.ff.đ legatis primo, quæ dicit quòd fictio non retrotrahitur ad ea quæ ſunt impoſſibilia fallit in conuentione legitima, quæ fit propter pacem & illam gloſſ.magnifecit cum conſuetudinis, de conſue.& in.c.contingit, de dolo & contu.& in.l.ſiue poſſidetis.C.de proba.& in rubri.de procur.extra.2.col.

68 † Sexageſimooctauo pax rumpitur propter minas, & ideo ſi quis pacem fecerit cum Sempronio, & ille minas fecerit punitur pœna pacis ruptæ, vt uoluit Ange.in.l.ſi cum exceptione, in.§.ſatis.ff. quod met.cau. Marſi.in.l.is qui cum tello, num.8.C.ad legem Cor. de ſiccar.fol.8.

69 † Sexageſimonono adduco tibi Petrum de Ancha. in

in conſi.75.incipien.viſo diligenter inſtrumento, vbi conſuluit quòd procurator conſtitutus ad faciendã pacem & concordiam ſi pactus ſit, quòd eius dominus ac filii non poſſint ſtare, vel morari in ciuitate, & comitatu talis procurator non poterit hoc facere virtute talis mandati procuratorii per motiua ibi per eum adducta & pro iſta quæſtione eſt bonus tex. in argu. in cap. veniens, de iureiur.

70 † Septuageſimo Ange.conſi.266.inci.inter capitula pacis conſuluit de pace ducis Mediolani, & communis Florentię, & eundem in conſi.289.ubi conſuluit de pace facta inter Domi.Venetos, & Ianuenſes, cir-
71 ca capitula pacis inter eos mota † quorum aliqua dubitabantur an Ianuenſes poſſent nauigare bona fide in culfo Venetorum, an ne, & an poterant applicare libere ad portum Venetorum in dicto culfo, & an poterant cogi ſoluere maiora datia ſolita.

72 † Septuageſimoſecundo Barb:in conſi.38.in primo volum.incip.paralipomenon, & uiſo puncto in.9.col. ubi ſi firmata pace inter duos reges, & mota guerra per alterum eorum contra tertium principem, ſi iſte tertius ſubiicitur, uel adhæreat regi, an uideatur, & ipſe tertius cum eius hoſte pacificatus terminat, qđ ſic per plura motiua, & adducit Ioan.and.in addi. Spec. de treug. & pace. in pen. quæſt.

73 Septuageſimotertio Barba.in conſi.11. incipien. illud afferam in medium, ſecunda colum.in.2. uol. vbi dicit, quòd pacis gratia quædam ſunt ſpecialiter permiſſa, & eundem in conſil.24.incipien. clementiſſime Dei patris, in.4.colum. eod. volum. quod epiſcopus loci per cenſuram eccleſiaſticam poteſt compellere litigantes aſſiduos etiam non ſubditos ad concordiam, & imponere finem liti, iſta eſt glo.ualde nota. in cap.placuit.90.diſtin.iuncta glo.in.l. equiſſimum. ff.de vſufr.

74 † Septuageſimoquarto Fulg.in conſ.149.inci.ſuper

inquiſitione formata circa medium, quòd pax inita inter duas ciuitates prodeſt cuilibet ex illis ciuitatib. & vbi etiam ponit quòd pax inter Florentinos, & Se nenſes anno 1403. facta fuit & iniuriæ hinc inde remiſſæ fuerunt.

75 † Septuageſimoquinto pœna adiecta in prouiſione pacis ſeruandæ, non committitur niſi ſemel p primã offenſam, niſi ſit adiecta clauſula, quòd pœna toties cõmittatur, quoties contra factum fuerit per. l. ſi duo. §. 1. ff. de arbit. idem uoluit Io. and. in addi. ad Spec. in rubr. de treug. & pace, ad fi. de quo plene per Alex. in conſi. 115. col. 2. vol. 4. nu. 9.

Septuageſimoſexto ſi plures cum pluribus fecerint pa-
76 cem, † & una pars promiſit alteri non contrauenire ſub pœna ducatorum mille, & vnus fuit occiſus ab ali quibus de alia parte an pœna committatur in totum, & quibus acquiratur, & pro quibus portionibus an inſolidum, & in totum contra quemlibet uide pulchrum conſilium. Alexand. 116. incipien. uiſo inſtrumento pacis in quarto uol. nu. 1. & Corne. conſi. 167. nume. d. 3. volum. fol. 171. Barto. in. l. fina. ff. de duob. reis, in uer. ſecundo quæro, cum quo ibi tranſit Angel. & Moder. Barto. in repetit. auc. hoc ita. C. de duob. reis. quæſtion. 13. & in. l. opere. ff. de ope. liber. & per Modernos in. l. ſi id quòd. ff. de duob. re. in quibus locis concluditur, quòd ſi plures fecerunt pacem cum pluribus, & promiſerunt ſe non offendere ſub pœna 1000. contigit vnum eſſe offenſum omnes ex illa parte offenſa non poſſunt agere inſolidum, nec etiam inſolidum poſſunt conueniri illi qui ſunt de parte offendente, ut probatur ibi per. l. ſi id quòd, & per dict. l. opere unde quilibet de parte offenſa poteſt petere uirilem portionem, & quilibet qui ſit de parte offendente poteſt conueniri pro parte uirili.

77 † Septuageſimoſeptimo utrum pax, & remiſſio iniuriarum poſſit fieri perſonis abſentibus, uide plene Alexand. in conſilio. 31. in quarto volum. in tertia co lum

lum. Bald. in. l. ſi manumiſſus, numer. 4. C. de liber. & eo. liber. vbi dicit, quòd pax in foro pœnitẽtiali poteſt fieri inter abſentes, ſed pax ſolemnis non poteſt fieri niſi interueniente præſentia alicuius, q pro abſente ſtipuletur, & eſt communis opinio.

78 † Septuageſimo octauo Dux, ſeu princeps pro pace territorii ſui habenda poteſt caſtrum ſubditorum ſuorum alteri concedere, quia in pace uertitur publica vtilitas: propter quam, poteſt auferre ius priuati, ita Alexand. in conſilio. 94. in princip. peuult. colum. in quinto uolum. Barto. in. l. quęcunque, in fin. C. de fide inſtrumento. & iure aſte fiſc. lib. 10. Innocen. & Ioã. andr. in cap. in noſtra, de iureiuran. & expreſſius Angel. in. l. bene a zenone. C. de quadri. præſcri. & in. l. an nocentium. ff. de priui. cred. & in. l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prædi. Bald. in. l. conuentionum. ff. de pact. & in. l. quicunque. in ultim. colum. de ſer. fugi. & per eundem Bald. in ti. de pace conſtan. iu uerbo priuilegia.

79 † Septuageſimo nono quæro ſi eſt facta pax, uel treugua inter duos inimicos, & alter iſtorum offendat fratrem, uel coniunctos alterius an uideatur incidiſſe in pœnam adiectam in compoſitione pacis Iacobus Ard. diſputa: hanc quæſtionem late de pace tenenda ſub rubricela argumentum, vbi arguit ad partes, & tandem inclinat in hac opinionem quòd inciderit in pœnam argumento. l. ſi libertas artem. ff. de oper. lib. & l. prima. §. cum patronus. ff. de offic. præſe. urb. Aluaro. in titu. de pa. iura. firman. in. §. ſi quis uero temerariæ. Marſil. in ſingularib. ſuis mihi. num. 331. incip. pacem faciens.

80 Octuageſimo ſi facta pace vnus dat † damnum in bonis alterius, an ex hoc uideatur rumpere pacem, uide Alua. in ti. de pace tenen. §. ſi quis quinque. in uer. quæro ab extra & concludit, quòd ſic per illum text. poſt Bal. in. d. l. niſi hoc fieret, ex diſcordia orta de nouo, quę a principio cogitata non fuit.

Octogeſimoprimo quęro an famuli dominorum rixan-
81 tes † int elligatur rumpere pacem dominorum, & utrum domini pro ipſis teneantur uide Aluaro.in.§. ſi miniſteriales, in uer. quæro an ex dicto delicto in titu.de pace tenend.& uiolat.eius, ubi remittit ſe ad dicta per Barto.in.l.1.§.familiæ.ff.de publi.& in.l.2. .ff.ad.l.iul.repe.& in.l.nequid.ff.de incend.rui.nau.& per Bald.in.l.obſeruare proficiſci.ff. de offic. procon. & concludit, quòd debent puniri tanquam uiolatores pacis, ſi uiolaretur pax propter eorum diſcordiam ſecundum Nicol. de Neapo. & ibi eſt uidendum an domini teneantur uide Bartol. & Bald. in locis præallegatis.

82 † Octogeſimoſecundo cum debet haberi pax non ſufficit treugua Ang.& Paul.de caſt.in.l.conuētionū .ff.de pact.& doct.in rub.de treug.& pace. Iaſon.in.l. cum proponas, la ſecunda.C.de pactis, nume.7.

83 † Octogeſimotertio Epiſcopi tenentur ſecundum ſacras conſtitutiones, ut pax conſeruetur pro quo facit quòd uult glo.in auten.quomodo oportet epiſcopos §.1.& quod not.Aluar.in tit.de pace tenend.& uiola.eius.§. ſi clericus, & etiam hoc de iure ſpectat ad officium eorundem tueri facere, & conſeruari pacem & punire eius uiolatores.§.epiſcopos, & ibi Aluar.in tit.de pace iur.firman. ſecundum canones eſt expeditum.cap.1.de treug.& pace cap. nouit de iudiciis, & pro pace habenda multa & infinita bona proueniunt, quæ per glo.fin.numerantur in titulo de pace cōſtan.

84 † Octogeſimoquarto, pax fit per tactum manuum, & per riſum reciprocum per potum, per oſculu.& ſimilia notatur in.l.in ipſius.C.fami.hercilc.glo.inſti. de iniur.§.in ſumma, docto. & Paul.de caſt.in.l.1.ff. de pact.Bald.in.l.& epiſtola.C. de fideicōm. & quod dicitur de oſculo non habet locum in domino feudi ut per Firma.in reper.ſuo in uerſi.primo.& dic ut infra. Dicam.

85 † Octogeſimoquinto pax abſenti fieri nō poteſt niſi

nota-

notarius pro eo ſtipuletur, ſed iiuriarum remiſſio ſic. l.athletæ.§.de remiſſione per Bald.ff.de excuſa. tuto. Alex.in conſi.131.in.4.uol.in.3.col.nu.9.

86 † Octogeſimoſexto, pax fieri non debet pretio, uel pecunia recepta; aliter non prodeſt.l.1.ff.de dona.inter uir.& uxor.l.furti.§.pactus.ff.de infami.quòd eſt uerum ſecundum Bart.in.l.athletæ.§.fin.eod.tit.ante ſententiam condemnatoriam. quia poſt ſententiam fieri poteſt etiam recepta pecunia, ut ibi per eum.

87 † Octogeſimoſeptimo pax ſi fiat ab hęrede occiſi recepta pecunia per hunc ſimplicem actum uidetur adire hæreditatem, ut uoluit Bar.in.l.pro hærede.§.fin. ff.de acquir.hæred.

88 Octogeſimo octauo †.pax facta per tutorem cũ obligatione ad pœnam non ualet Bal.in.l.pactum curatoris ad finem.C.de pac.num.3. quia obligatio ad pœnam reputatur damnum ipſi pupillo, ut.l.ſi minor.ff. de mino.& idem ibi Decius, num.7.C.de pac.

89 † Octogeſimonono pax probatur ex legato facto inter inimicos, ut dicit Bald.in.l.ipſius.C.fami. herci. & in.l.3.§.fin.& ibi Barto.ff.de adimen.lega. Item ꝑ ſalutationem uerbo, uel epiſtola ſi iniuria non fuit a principio ad animum reuocata ut uoluit Innoc.in.c. olim, de iniur.

90 † Nonageſimo pax facta cum promiſſione pœnæ applicandæ fiſco non ualet niſi notarius ſtipuletur pęnam pro fiſco, quia non ſufficit quòd partes promittant ſub pœna niſi dicatur ſub pœna fiſco applicanda Bartol.in.l.arbiter, il.2. ff. de arbi. & latius in.l.1. in ulti.col.ff.de iure fiſc.

91 † Nonageſimoprimo pax a minore fieri. & ſtipulari poteſt, nec datur ei in integrum reſtitutio. Dyn. in l.diuus in apoſtillis.ff.ad ſillania.Paul.de caſt.conſil. 191.ubi quærit an pax facta per minorem poſſit rumpi per eum reductum ad maiorem ætatem.

92 Nonageſimo ſecundo † pax rumpitur, ſi inferens metum quoquomodo offendatur, ut ſingu.dicit Ang. in.l.

in.l. ſi cum exceptione.§. ſatis.ff. quod metus cauſa. Bald.in conſil.430.incip.inſultus,in ſexto uolu.Mar. in.l.1.num.26.ibi & facit.ff.de quæſtioni.idem in ſingu.ſuis nume.337.in fine.fol.34.

93 Nonageſimotertio † pax a teſtatore in teſtamento fieri poteſt,& habere de particulari etiam fieri poteſt,& prodeſt,ut.l.quoties.C.de hæred.inſti.Bald.in l.fin.C.commu.deleg.in lectura antiqua,& in cap.1. in princ.in ultima colum.de ſucceſſione fœudi.

94 Nonageſimoquarto † pax per tertium fieri poteſt, & per hæredem ratificari,ut Bald.in addit.Specu.in titu.de homi.uer.ſed pone.

95 Nonageſimoquinto † duæ ciuitates adinuicem pacem habuerunt,habentes prius guerram inter ſe & appoſuerunt pactum,quòd liceat alteri uendicare,uel fœdera pacis rumpere,an ualeat tale pactum Bald.in auten.ſacramenta puberum.C. ſi aduerſus uenditionẽ tenet, quòd non.

96 † Nonageſimoſexto pax a procuratore fieri poteſt ſi habet ſpeciale mandatum , ut uoluit Specu. in titu. de homici.uer.illud autem,& expreſſe Bar.in.l.conuentionum,in fine.ff.de pact.

97 Nonageſimoſeptimo † pax fieri poteſt a ſpuriis occiſi,& prodeſt etiam ſtante ſtatuto quòd pax habeatur a filiis occiſi,ut Cy.in.l.ſi quis.C.ad.l. iul. maieſta.Bart. in.l.2.ff.de accuſat.& in.l.tutelas.ff.de capi. dimi.& in.l. pronunciatio.§. familia.ff.de uerb. obli. ſed Franc.de rampo.& Saly.in conſi.primo ſuper primo dubio,an filius,&.c.conſuluerunt contrarium refert,& ſequitur Angel.Aret.in tracta.maleficiorum , in uer.in termino defenſionis ibi quid ſit ſtatuto .

98 Nonageſimooctauo † pax fieri poteſt per filiũ occiſi non hæredem etiam ſtante ſtatuto quòd pax habeatur ab hæredibus occiſi Bald.in.l.ſi filius qui patri in fine.ff.de uulga.& pupil.& ibi Bartol.Bald. Ange. & Imo.& doct.mod.

99 Nonageſimo nono † pax facta per matrem tutricẽ filio-

filiorum pupillorum,de homicidio mariti,an ualeat, dic ut per Ganda.in titu.de tranſact.& pact.num.22. fol.159.qui diſputat ad partes,& diſtingue,ut ibi per eum,& Abbas in conſi.14.per totum.

100 Centeſimo † pax a filiofami.iniuriato non poteſt fieri in præiudicium patris cui actio iniuriarũ eſt quæ ſita ut uoluit Pau.de caſt.in.l.in perſonam.ff.de pact.

101 Centeſimoprimo pax a fœmina † ſuccedente offenſo fieri non poteſt, & facta non prodeſt ſtante ſtatuto, quòd pax habeatur ab offenſo, quia fœmina non eſt habilis ad uindictam glo.eſt ſing.in.c.1.§.hic autẽ notandum,in glo.in uer. leges,circa fi.qui fœudum dare poſſunt Iaſ.in.l.cũ filiusfa.n.100.ff.de leg.1.

102 Centeſimoſecundo † pax facta cum ciuitate, & caſtellis eius extenditur etiam ad caſtella poſteà de nouo acquiſita,ut tenet Ioan.andr.in addit.Spec.in rub. de treug.& pa.uer.quęro ad ſecundam partẽ,ſed Bal. contra in tit.de pace conſtan.in.§.nos Romanorum, in ſecunda colum.not.in.l.uxori.ff.de lega.tertio.

103 Centeſimotertio † pax facta regi uidetur etiam facta conſiliariis ipſius Bal.in margarita in uer.liberatio,uer.fin.

104 Centeſimoquarto † pax poteſt fieri mandatori criminis ſi ſtatutum dicat quòd pax fiat percuſſori.Bald. in.l.tranſigere,ad fin.C.de tranſact.& in.l. ſi ſeruum .§.prætor.ff.de acquir.hæredi.

105 Centeſimoquinto † pacis inſtrumentum productum poſt terminum ſtatuti etiam ex conſilio aduocati non prodeſt.Bald.in.l.iuris,nume.2.C. qui admit. & eius productio ſufficit ſine pronuncia Iudicis Bal. in.l.omnium.C. de teſtamentis, in uer.item nota ꝙ ſufficit productio.

106 Centeſimoſexto † pax ſi eſt prohibita per ſtatutũ diſponentem quòd de percuſſionibus ſanguinolentis fieri non poſſit, an ſi quis aliquem pugno percuſſerit ob quam percuſſionem in terram ceciderit, & caput ſibi fregerit cum carnis inciſione, & ſanguinis effu-

ſione,

ſtione, an tunc poterit fieri pax, uide Iaſ.in.l.non dubium, nume.24.C.de lega.Bald.in.l. pecoribus.C.ad l.acquil.

107 Centeſimoſeptimo † in uiolatoribus pacis bonæ publicantur & quandoque deuaſtantur, ut elegan.dicit Alber. de roſa. in ſuo opere ſtat. in tertia parte. q.18.in fine.num.7.fol.47.alleg.tex.in uſib.feu.de pace tene.§.1.& de pace iur.fir.§.receptatoribus & hoc ea ratione quia non eſt bona pax ex qua reſultat iniuſtitia euidens, & cum Magno detrimento & ideo penę eſt exaſperanda.

108 Centeſimo octauo † pax & cōcordia reddita per pecuniam ualet & tenet, ut elleg.Bald.in.l. Abolitio, num.3.C.de abolit.& maxime in criminibus ubi licet tranſigere uel paciſci, de iur.ut Bal.ibi.& Saly. in l.tranſigere.C.de tranſact.in penult.quæſtione, & ibi Iaſon plene.

109 Centeſimonono † ſi duo fecerunt treuguam promittentes ſe adinuicem non offendere, & unus de alia parte filiam, uel ſororem rapuerit, & eam aliqualiter in raptu percuſſerit, an ex hoc dicatur rupiſſe treuguā dic quòd non, quia non percuſſit eam principaliter animo iniuriandi, ſed ex alia cauſa, ut eleganter dicit Iaſ.in.l.qui ſeruum.in.3.col.ff.de uerb.obl.late Marſil.in.l.1.nu.4.C.ad.l.corne.de ſicca. Flor. in.l.ſiquis teſtamentum.§.interdùm.ff.ad.l.acqui.nu.2.fol.40.

110 Centeſimodecimo † pax mandatum factum per uulneratum ad faciendum pacem non finitur morte mandantis, etiam remtegra, ut eleganter dicit Bald.in addi.ad Spec.in titu.de homi.in ulti.addit.in fin.uer. pecuſſus alle.l.ii.ff.ad ſillan.Marſi.in ſingu.ſuis, num.44.incip.mandatum, quòd not.

111 Pax ſi eſt facta de uulnere, an dicatur facta de morte ſecuta morte; dic quòd ſic ſecundum Bald. ſing. in addi.ſpe.in tit.de accu.in.5.col.uer. pax facta de uulnere Soci.in conſi 65.inci.circa prin.in.8.col.Marſil. in ſin.ſuis.nu.46.incip.quidam fuit uulneratus. Cor.

pe.

pe.con.51.per totum in.1.uol.

112 Pax non rumpitur furto ſecuto ut conſuluit eleg. Corne.Peru.in conſil.43. incip.plura quæruntur in litera.C.Car.42.2.uolu.alleg.Paul.de caſtr.in.l. fin. .§.1.ff.de publi.quia furtum fit gratia auaritiæ,& pax rumpitur gratia ueteris inimicitiæ, Bart.in.l. uerum .ff de furtis .

113 Pax facta in articulo mortis ſacerdoti recipienti no mine uulnerantibus an ualeat: tu tene quòd ſic per ut conſi.Giu.de Cunco.conſi.8.in conſ.criminali.

114 † Pax in quo differat a treugua uide Iaſo.in.l.cum proponas,la.2.C.de pact.nu.5.fol.22. & in quo diffe rat a concordia uide eundem in.l.1.nu.13. fol.153.ff. de pact.& in.l.fideicomm.nu.2.fol. 87.C. de tranſa. & Ang.de uerb.domini.c.158.

115 † Cauſa uiolantis pacem,qui furatur ex.l.furca eſt ſuſpendendus,ut eſt tex.in.l.1.§.ſi quis quinque ſoli-dos de pace iur.fir.licet de generali conſuetudine non ſeruetur,ut dicit Flor.in.l.ſi ſeruus.ff.ad.l.aquil.num. 1.in princ.fol.27.

116 Pax a deo relicta eſt hominibus bonæ uoluntatis, & ob id glos in.c. ad apoſtolicæ in uero. pacem. il.2. enumerat ſex.caſus propter quos. Deus omnipotens popl̃s auffert pacẽ.& Gẽtibus mitit guerã. quos not.

117 Pax a deo ſummo rerum omnium opifice habenda eſt,a ſeipſo intrinceſe.& a proximo. & a principe, & ſuperiore ſuo.Ita bal.in.l.i.in prĩcip. in uero pacis no mine.ff.de pact.quòd refert aug.de ciuit.dei. l.15.c.4.

118 Pax eſt iuſta cauſa. ſi uera ẽ,& aliis nota quòd .D. poteſt remiten. iniurias & damna. illata per ſubditos ſecundum dec.conſi.602.num.14.Rom.con.307.nu. 4.Ang.l.conuentionum in fin.ff.de pact l. ſi uẽditor. .§.ſi conſtat.l.ff.comm.prædiorum bal.l. bene azeno ne.C.de 4.perſcrip.

119 Pax facta per offenſum in articulo mortis omnibus ſuis inimicis.ualet & tenet. & hæres tenetur ei ſtare. ex quo teſtator impoſuit necceſſitatem heredi.ut aſ-

ſentiat

ſentiat ad ea que ipſe ordinauit ut paris, de puth. in tract, ſind in. §. ultimo. circa. predita nu. 20. f. 42. bal, in. l. i, nu. 32, C. communia de legat.

120 Pax eſt tranquila libertas, Dulce nomen, & res ſalutis a deo miſſa in mente hominium ut Gen. c. 43 & Ioſue. c. 21. dataque eſt ab eo in omnes nationes, & paral. c. 12. pax pax tibi & adiutoribus tuis. pres. 118. pax multa diligentibus te, luc, c. 2. pax in terra hominibus. Marc, c. x. primum dicite pax huic domui, ad Ro. pax a deo, Ioa. apoc. Gratia uobis & pax a deo, qui eſt; Deos itaque oro; obteſtorque, ut omnes in mundo ex iſtētes in pace, & trāquilitate oīno eſſe poſſint.

Et ſic huic noſtro operi circa præmiſſa finem facio ad laudem omnipotentis Dei, ac beatæ uirginis Mariæ. Ego Iacobus Nouello iur. doct. qui animo officioſo non uani nominis appetitione, aut nugatoriç oſtentationis acceſſi ad huius operis compilationem, ut practicantes criminalem materiam facilius omnia ad loca ſua capiant, & caſus occurrentes in dies inueniant. 1565. Anno ſalutis reuidi.

FINIS.

INDEX OMNIVM, QVAE IN SVPRASCRIPTO TRACTATV CRIMINALI.

D. IACOBI NOVELLO I. V. D. VENETI,

Cuius prior numerus folium; poſterior ſummarii numerum indicat.

Abſolutoria lata ad fauorem delinquentis : an proſit mandanti fol.54.num.19
A communiter accidentibus an ſit ualidum argumentum 35.112
Acclamatio an faciat inditium 46.25
Accuſatori calumnioſo, an propter pacem ſit ei pœna imponenda 117.14
Actus geminatus an arguat malum propoſitum in delictis 26.73.& 77
Actor an poßit in iuditio petere aduerſarium ſuū cogi & compelli ad tranſigendum 118.27
Accuſatus de furto, an habeat inditium contra ſe 34.110
Ad quæſtionem, ſeu torturam, in quibus caſibus ſit procedendum 53.6
Acclamatio an faciat inditium 46.25
Adultera mulier an perdat dotem & actionem do

tis 103.18
Adulterandi,ſeu rapiendi mulierem, alicuius domum ſi quis acceſſerit: & illa non rapiat. An ex lege puniri debeat 104.21
Adulterantem puniens ſtatutum: An deflorantē comprӕhendat puellam annorum. 12. & qua pena puniri debeat 103.10
Adulterium a marito commiſſum ;an operetur ut uxor lucretur donationē pp nuptias. 103.18
Aetate inhabiles,an habilitētur ut matrimonium contrahere poßint pro pace habenda 116.7
Aggreßio nullis dittis uerbis, an indiciat ad prӕmeditationem delicti ſeu criminis 24.62
Aggreſſus an poßit aggreſſorem impune interimere,pro rerū ſuarū et perſonӕ deffenſione 64.15
Amicitię reintegratio inter teſtatorem & legatariū an inducat reintegrationē legati 118.32
Animus an ex coniecturis & prӕſumptionibus probetur 23.58
Animus delinquentis, an ex genere armorum cognoſcatur 27.76
Animus quibus medijs dignoſcatur & probetur 23.58
Arbiter an poßit ponere manus ad non contenta in compromiſſo 116.6
Arbiter an poßit reducere partes ad concordiam & pacem 118.23
Arma ſcienter accomodata alicui,an dicatur prӕſtare operam & auxilium delicto 29.99
Aſſaßini

Aſſaßini qui proprie dicantur 25.66
Aptare arma & exercere ſe in illis: am faciat inditium 22.53
Aßiſtens malef. ſi poteſt prohibere & non prohibet an teneatur, ut faciens 36.121
Aßiſtens malef. an de iure canonico obviare teneatur 36.122
Aßiſtens malef. ſi uult conſtare: ibi caſu eueniſſe; an modo aliquo puniri poßit 37.123
Auxilium ſeu aſſociatio in homicidio, quomodo quis præſtare dicatur 29.90
Auxilium an requirat locum & temporis præfinitionem criminis commißi. 29.91
Aſſertio uulnerati in articulo mortis an faciat inditium contra uulnerantem 44.12
Aßertio mandatarij an faciat inditium contra mandantem 47.32
Appellatione iniuriarum an ueniat offenſa 89.34
Appellatione uēditionis, an ueniat ꝑmutatio 69.1

B

BAniti iuſtè. uel iniuſte an impune offendi poſſint. 89.37
Banitum patrem, an filius alimentare teneatur 116.8
Banitum offendens, an incidat in pęnam pacis ruptæ 121.54
Blasfemantes calore iracundiæ uel ebrietate qua pœna de iure puniri poßint 92.3
Blasfemantes deū uel ſanctos uno impetu an unica

vel duplici pœna puniri poßint 92.7
Blaſphemia,uel maledictio; an ſit vnum & idem 92.5.& 6.
Bona rebellium confiſcata tempore rebellionis, an tempore pacis ei reſtitui poßit 119.40
Bona rebellium an confiſcar. debeant 109.6.1.

C

Canem concitans,& ducens per loca publica,ſi exceſſum commiſerit,an puniri poßit 58.13
Canem concitans, vel ſtimulans,vt mordeat tranſeuntes,& morſicatus pereat,qua pœna puniri debeat 58.12
Capitula pacis Ducis Mediolani,Florentiæ,& magnificos d.Venetos et Ianuenſiũ,an ſeruãda ſint 123.70
Carceratus ob blaſphemiam,an per confeßionem factam ſacerdoti poßit liberari ex carceribus ſtante ſtatuto, & qui ab offenſo pacem habuerit a carceribus liberetur 118.25
Caſus fortuitus & improuiſus quomodo inter ſe differant,& in quibus 58.17
Concordia quid ſit,& quomodo diffiniatur. 130.50
Cauſa inimicitiæ,an exprimi & probari poßit. 43 4
Cohabitans cum inimico,an dicatur inimicus inimici 46.37
Concor-

Concordia reddita per pecuniam, an de iure valeat 126.108
Coniunctus cum malefactore in aliquo affinitatis gradu, & eum recipiens, an dicatur particeps eiuſdem criminis 46.31
Ciuitas acquiſita ex priuilegio, an propter ſuperuenientem guerram amittatur 118.30
